

& in Odyſſea ſcribit, velut ea quæ Melampodida-
 rum vates Theoclymenus aduerſus procos ſatur,
 Iliad. *O miſeri, quid nunc heu vobis imminet arri,
 Dum mollem natæ capitis per membra ſoporem!*
*Caſula ſeremoniâ ſubſiſſe, reſonant plangoribus æther:
 Scylla, tritæ madent lachrymæ manantibus æra.
 Peſtilentium plenum eſt ſimilachris amnis & aula.
 Sub teſtibus ærebus riget, extinguitur, per orbem
 Lunæ velle trahit caliginæ calum.*

Sæpenumerò etiam in Iliade, vt in murorum expu-
 gnatione, quæ ad vatem pertinent, tangit. Ibi enim
 ſic inquit,
 Certabant Danaï Troia perſumpere muris,
 Altiſſanſq; Ionis pendebat de ſuper alic,
 Ynguib; incuruis tubum complexæ draconem.
 Pellebatq; acetis in leuam, non ſerui ille
 Reſpirans, & ad hoc tranſiſſe pedore Iuliani,
 Ore petens æqualem præſtitiu; vulnere curior.
 Illa dolens anginem dimiſit in æquiuo lapſum,
 Saneſiaq; in ærentis penitus ſublata reſpici.

Hæc equidem dicam, & alia huiusmodi à vate cõſi-
 deranda iudicandaque eſſe. 1o. Et vera quidem dicis,
 o Socrates, s. o. Et tu, o Io, vera narra. Age quemad-
 modum ego tibi ex Odyſſea, & Iliade excerpti quæ
 ad vate, quæ ad medici, quæ ad piſcatore pertinet
 videntur, ſic & tu qui maiorem in Homeri ſcriptis
 peritiã habes, eligas, & adducas in medium, quæ
 ſunt recitatoris propria, quæ præter alios homines
 ipſi conſiderate iudicare quæ cõuenit. 1o. Omnia,
 o Socrates aſſero, ſo. Nõ omnia tu ſuprà dicbas, o Io.
 Num ita obliuiosus es? Atqui nõ decet recitatore
 hominem obliuiosum eſſe. 1o. Quidam obliuiosus
 s. o. Nõ memoria tenes artem recitandi aliam ab au-
 rigaria diſciſſe? 1o. Teneo, s. o. Nonne cum alia ſit,
 alia cognitura es conſeſſus? o. Profecto, s. o. Non igitur
 omnia percipit ſecundum ſermonem tuum ars
 recitandi, neque ipſe etiam recitator. 1o. Imò omnia
 præter alia quædam. s. o. Cum præter talia quædam
 dicis, præter ea quæ aliarum artium ſunt ſerme
 ſignificas. Sed quamnam cognofcet, poſtquam non om-
 nia noſcit? o. Que decens eſt vt vir loquatur, quæ
 mulier, ſeruus, liber, ſubiectus, princeps, hæc omnia
 noſcet. s. o. Quod decens eſt vt princeps in mari nau-
 i repellat iactata aſſerit, recitatorne magis quam
 gubernator cognofcet? 1o. Non, ſed gubernator
 melius hoc percipiet. s. o. Sed ea quæ decens, eſt, vt
 princeps in morbo loquatur, recitator melius, quam
 medicus intelliget? 1o. Neque hæc, s. o. Sed ea quæ
 ſermo conueniunt, dicis. 1o. Certè, s. o. Scilicet quæ
 decens eſt, vt dicat ſeruus bubulcus, dum de ſurcibi-
 bus & efferatis bobus confabulatur, recitator ipſe,
 non bubulcus cognofcet? 1o. Nequaquam, s. o. Nun
 quid ea, quæ decens eſt, vt mulier de lanificio tex-
 tori referat? o. Non, s. o. Ea quæ decens eſt, vt vir
 dux exercitus dicat, dum milites hortatur, cognof-
 cet? 1o. Talia profectò ſunt, quæ recitator agnoſcit.
 s. o. Non quid ars recitatoria eadem eſt, quæ & im-
 peratoris? 1o. Intelligerem equidem, ſi opus eſſet,
 quæ imperator loqui decet. ſo. Fortè enim & im-
 perator es Ion: Nam ſi equeſtri, & citharædica ſi-
 mul diſciplina polles, illos qui bene, & qui malè
 equitant, cognofceres. Et ſi te interrogarem, o Io,
 vtrum arte equeſtri, an arte citharædici illos qui be-
 ne equitant, cognofcis, quid mihi reſponderes? 1o.
 Arte equeſtri. ſo. Quod ſi eos qui bene pulſant ci-
 tharam, cognofceres, conſiteris illos nõ equeſtri,
 ſed citharædica diſciplina cognofcere? 1o. Procul-
 dubio, s. o. Cum verò quæ ad imperatorem ſpectant
 intelligas, vtrum imperatoria, an recitatoria iſta cal-

les? 1o. Nihil mihi referre videtur. ſo. Quomodo ni-
 hil referre dicis? Imperatoris, & recitatoriam ar-
 tem, vnamne, an duas ponis? 1o. Vna mihi videtur.
 ſo. Quicumque igitur bonus eſt recitator, etiam bo-
 nus imperator erit? 1o. Et maxime quidem, o Socrate-
 s. o. Num & qui exercitus imperator eſt opti-
 mus, idem recitator eſt bonus? 1o. Non arbitror. s. o.
 Illud tamen admittis, quod quiſque recitator bo-
 nus eſt, bonus eſt imperator. 1o. Valde, ſo. Nonne
 Græcorum optimus eſt recitator? 1o. Planè, o Socrate-
 s. o. Nunquid Græcorum optimus eſt imperator?
 1o. Certè, o Socrates. Hæc enim in Homeri ſcriptis
 didici. ſo. Cur igitur per deos, cum ſis optimus Græ-
 corum omnium dux exercitus, optimuſque recita-
 tor, paſſim carmina modularis, militas autem nu-
 quam? nunquid tibi videtur recitator aurea corona
 decoratus plurimum vſui eſſe Græcis, imperator au-
 tem nullo pacto? o. Noſtra, o Socrates, ciuitas, ve-
 ſtra ſubest, à vobis que gubernatur, & idcirco impe-
 ratore non indiget. Veſtra autem & Lacedæmonio-
 rum reſpub. me nunquam in exercitum ducem eli-
 geret. Idoneos enim duces vos eſſe putatis. ſo. O
 optime Io, Apollodorum Cyziæcum non cognovi-
 ſci? 1o. Quem Apollodorum? ſo. Illu ſcilicet, quem
 ſepe Athenienſes, quamvis hoſpes eſſet, imperato-
 rem delegerunt, & Phanoſitem Andrium, & He-
 racidem Clazomenium. Quibus hæc ciuitas, licet
 peregrinis, quæ viri præſtantes habentur, imperia,
 aliãque poteſtates mandat. Ionem verò Epheſium
 Imperatorem non decernit, neque honore afficit,
 ſi virtute præſtare viſus fuerit? Quid verò nõnne
 vos Epheſi præſta origine Athenienſis eſtis. Ephe-
 ſuſque nulla ciuitas eſt inferior? Sed tu, o Io, ſiquid
 vera prædicas, & ſcientia artè que potes Homerum
 laudare, iniuria me afficias, quippe qui profeſſus mul-
 ta & pulchra Homeri ſcire, te que oſtenſurum mihi
 pollicuitis, me nunc decipis, ac permultum abeſt, vt
 oſtendas, ſiquid nec quæ ſint iſta, quorũ peritus es,
 nec qua ſis facultate inſtructus, aperire viſ, me diu
 iam obſcitate: ceterum tanquam Proteus variis
 variè mutatis, ſurſum, deorſum, in omnia te vertens,
 adeo vt poſtremò me ſubterfugians, Imperator eua-
 feris, ne mihi oſtendas, quanta facultate in Homeri
 ſapientia perglandanda ſis prædixiſti. Si n. arte tibi
 hoc ineſt, quemadmodum nunc dixi, pollicuitiſque
 exponere, decipis, certè iniurius es. Si aut carere ar-
 te, & forte quadã diuina ab Homero rapus, cum ni-
 hil intelligas, multa & pulchra circa potè hunc di-
 cis, vt ego de te iudicabã, nõ facis iniuriam. Elige
 vtrum maus, iniuſus homo, an diuinus à nobis exi-
 ſtimari. 1o. Lõgè diſſert, o Socrates, multò pulchrius
 eſt iudicari diuinum. ſo. Hoc itaque quod pulchrius
 eſt, tibi à nobis tribuitur, o Io, te ſcilicet diuinum po-
 tius quam artiſticiolum Homeri laudatore eſſe.

PRÆFATIO PROCLI IN PLATO-
 NIS SOPHISTAM, à MARSILIO
 FICINO TRANSLATA.

*Sophiſtam Plato vocat non hominem quemdam ſolum, ſed
 etiam amorem, Platonem, Iouem, & artem ſophiſticam
 præclariffimã dicit. Ex quibus intelligimus quod nobilius
 ſubiectum quãdã apparet hic dialogo reſpici. Eſt enim in-
 tentio ſecundum magnum Lamblicum de ſublimari opifice tra-
 bare. Nam eſt idcirco ſilior, purificator animorum, à con-
 trariis rationibus ſemper ſeparans, tranſmutator, & inueniunt opificis.
 diuinum mercenarius genitor. Dnm animas ſuſcipit plenas
 rationibus à ſuperis venientes, mercede ab illis accipit, ipſam
 animarum fabricam quæ ſecundum mores, alia rationem.
 Hic*

*Hic et quod non eſt incumbit, quia ſunt in materia quæ
 Et quod reuera ſolum eſt, diſtingit ad eſt materiam. Similiter
 in id quod vna reuera eſt reſpici. Eſt & multæ epi, quoniam
 ſibi eſſentia vniſq; multas vendicant, per quas vaſtatem
 generationis ipſe diſponit. Item quoque magis eſt generatio,
 dnm animas naturalibus rationibus mulier, & alius, ad ea vt
 Agre à generatione amouetur. Quæſiam & amor magis,
 & natura magis à nonnullis dicitur, propter recipros attra-
 ctus atque illecebras, que ſecundum naturam procedunt. Nunc
 igitur omniſariam ſophiſtam declarare vult. Et enim philoſo-
 phus ſophiſta eſt, quiſque cum celeſtem opificem, & generatio-
 nis opificem imitatur. Et diſtincta facultas progreſſum re-
 rum ab ſe no imitatur, & generatiois opifex celeſtem opif-
 cem, quare ſophiſta eſt. Atque iſte homo ſophiſta, quia ma-
 gna imitatur: ſophiſta dicitur. Et idcirco ſophiſtam multiplicem
 appellamus. Eleates hoſtes repræſentat patrem opificum,
 ſuperceleſtem et abſolutum. Audiuere autem opificis intelli-
 gentias. Ille quidem Iouis, hic naturæ angelicæ tanquam in-
 terceptor ac geometricus. Et quoniam opificum ab imperſo-
 tis incipit in perfectum deſiſſe, hoſtes ille primum cã Theo-
 dorũ diſcende per conuerſionem cum proprio Socrate verſatur.*

PLATONIS SOPHISTA, VEL, DE
 EO QVOD EST, VEL, DE ENTE.

MARSILII FICINI ARGVMENTVM.

*Off Theoreticum de ſcientia, legendus eſt Sophiſta de ipſo
 ente, quod ſcientia eſt diſtinctum. Dico, quod licet de ente di-
 ſeruit circa quod verſatur philoſophus, vt illi aut interim
 de non ente, ad quod ſophiſta declinat. Apud Pythagoram &
 Platonem ſophiſta eſt ſapientia ſolus, eſt Dnm. Philoſophus au-
 tem verus imitator dei. Sophiſta ambidolus & fallax philoſo-
 phi amulor. Sex Plato ſophiſtæ deſignationes adducit. Quæ-
 ſiam verò deſinitio haberi ab ipſo, diſtinctum non potè, per quæ
 ab ipſa re deſinitenda quæ ipſius non ſunt ſeparationis, ceſſante
 ipſius per diſtinctionem diſtinctum, ex quibus tandem ſimul &
 genere copiantur ſpecies atque deſignatur ad ſeruo Plato
 ſophiſtam deſignatur, ex aliſſimas primũ partitiones cogi-
 tat, ad motum neminem omnino lateſcentem rei cuiusque mo-
 ram diſſerere poſſe, niſi cum prius ab aliena qualitate ſe-
 ceſſerit. Prius de ente atque non ente deſcriptiones pro tribus
 eſſet, atque ens, quemadmodum & in Parmenide, ſalutem
 ens: Entis quinque numerat genera, eſſentiam, idem, & alie-
 rum. ſtatimque & motum. Debet veram qualem eſſentiam
 rebus incorporeis conuenire, imaginari, me vero corporeis.
 Eos præterea qui incorporea negant, admodum deiſtatur, nos
 uſuper qui vel omnia moueri ſolent, vel ſolum moueri po-
 ſſunt. Item de ſcientia atque de opinione & oratione verã vel
 falſa, de verbo & nomine diſtatur, quatenus ad ens ipſius di-
 ſtinctionem pertinere videtur. Denum poſtquam de ſophiſta
 ſimul ac philoſophia diſtatur, diſtina quãdam ſeruo conclu-
 dit ſententia, videlicet res naturale, opera eſſe dei. Significum
 omnia nature opera à diuina quãdam ſapientia mundo inſu-
 ſa probauerat profeſſe. Res autem incorporeas, & falſitates, aut
 dæmonicas eſſe præſtatur. Ibidem & ſophiſtam nobis occul-
 tum eſſe inquit, tanquam mouentis, id eſt falſi ſenectus inuolun-
 tum. & philoſophi pariter occulſi eſt, quoniam alia ratione,
 qui videlicet ens ipſius, id eſt diuina veritate ſiſſe deo reuolui
 circumſuſus vulgariunt inuicem animorum proſus experere.*

THEODORVS, SOCRATES, HOSPEVS
 ELEATES, QVI FORTE MELISSVS EST.

THEATETVS.

V Enimus, o Socrates, & ipſi pulchre, quem
 admodum heri inter nos cõuenit, & hoſ-
 pitem hunc nobificum decimus. Elea-
 tem quidem natione, ſodalẽm verò Parme-
 nidæ & Zenonis amicorũ, philoſophum autem
 excellentem. s. o. Fortè, o Theodorẽ, dum vtrum
 hoſpitem tecum ducere credis, deum quemdam
 ducis. Inquit enim Homerus, cum deos alios, tum
 maximè hoſpitalem deum inter homines qui iuſti
 pudoris parti cipes ſunt, verſari, & hominum contu-
 melias iniuriãque inſpicere. Te forſitan & hic eſt ſu-
 peris vnus huc ſecutus eſt, vt nos qui à diſputandi ra-

tionibus aberramus, animaduertat atque corripiat,
 ipſe redargutionis quidam deus. THE. Haud mo-
 hic, o Socrates, huius hoſpitis. Sed melior eſt,
 quam hi qui contentioſius ſudent. Mihi que vi-
 detur Deus, cum homo fit, nequaquam eſt, ſed di-
 uinus. Omnes equidem philoſophos, diuinos appel-
 lo, s. o. Et rectè quidẽ dicis. Genus aut philoſopho-
 rum haud multo facilius, vt ita dixerim, quam deo-
 rum diſcernitur. Omnes, n. quicumque non ſi dè, ſed
 verè philoſophantur, propter aliorum inſcitiam o-
 mniformes apparent, dum vt res circumcũt, & ve-
 lut de ſuper inferiorum vitam proſpectant. Atque hi
 à quibusdam nullius eſtimate, à nonnullis ſummo-
 pere honorantur. Et interdum quidem ciuiles appa-
 rent, alias ſophiſtæ, nonnumquam aliorum opi-
 nione inſani proſus habentur. Quapropter percon-
 tari hunc hoſpitem quorũ, ſi modo gratum illi futu-
 rum ſit, quid de his reb. familiares eius, Eleates ſen-
 tiant, quid eſſe dicant, quomodo nomen. th.
 Quenam iſta? s. o. Sophiſtam inquam, ciuilem, phi-
 loſophum. th. Quid verò potiſſimum, & quale cir-
 ca hæc dubitanti tibi ſciſcitant libet? s. Hoc, vtrum
 vnũ hæc omnia, an duo eſſe velint. An quemad-
 modum nomina tria, tria quoque genera diſtinguen-
 tes, ſingula nomina generib. ſingulis adſcripſerint.
 th. At non grauatur vt arbitror, hæc nobis exponat,
 aut quomodo dicimus, o hoſpes? s. Sic o Theodo-
 re. Non graubor, n. neque dictu difficile eſt, quod tria
 eſſe putauerit. Singulatur verò diſtinguere, & quid
 vnũ quodque ſit deſinitur, neque paruum opus eſt,
 neque facile. th. In eandem forte quaſitione, o So-
 crates, inci diſti, in quam & nos hunc interrogantes,
 antequam huc accederemus, hæc autẽ quæ tibi nunc,
 eadem tunc ad nos prætendebat. Alioqui & ſatis au-
 diſſe dicat, & recordari. s. In eo igitur quod pri-
 mum rogauiſti, gratificari nobis debes, o hoſpes.
 Verum nobis in primis declarã, vtri per te ipſe per-
 petua oratione quod docere velles, exponere cõſue-
 ueris, an potius interrogando quemadmodum ſole-
 lebat Parmenides: quem ego adoleſcens audiui
 quondã ita diſputitem admodum ſenem, rationeſſe
 que pulcherrimas aſſerentem. hoc. Si amice quis &
 placidè reſpõdeat, facilius eſt cum alio interrogan-
 do diſſerere, in contrã, per ſeipſum quiſque facilius
 diſputat. s. o. Licet igitur quæcunque vis, ex his cli-
 gere. Omnes. n. libentiſſimè obſequentur. Ego verò
 tibi cõſulo, vt iuuenem quempiam eligas, vel hunc
 Theætetum, vel alium quicumque tibi aptior videat-
 ur. ho. Pudet me, o Socrates, quoniam nõ primũ vo-
 biſcũ loquar, nõ viciffim verbum verbo reddere, ſed
 prolixũ ſermonẽ inceptare, ſiue ſolus ipſe per me,
 ſiue cum alio reſpondeat, velut oſtendandi gratia
 diſputauro. Quod. n. modo quaſitum eſt, nemo le-
 uiter explicari poſſe conſidat. Longa nanque diſpu-
 tatione indiget. Cõtra verò, ſi tibi & iſtis præſerim
 quum tã modeſtè rogauiſſes, nõ obtemperem, agreſ-
 ſte quiddã, & ab hoſpitis manuſtudine alienò mihi
 fore videtur. Alioqui diſputatiois comitem Theætetum
 hunc de his que & ego dicebam, & tu modo
 iuſſiſti, recipio. th. Ita certè, o hoſpes, quemadmo-
 dum inquit Socrates, cunctis gratificaberis. ho. Ni-
 hil aduerſus hæc vltimus Theætete, dicendum vide-
 tur. Tecũ deinceps agendum mihi quod ſi forte ſer-
 monis prolixitas tibi falſt dioſa contingeret, & laboræ
 graubor, non me obſecro, ſed hoc te tuos familia-
 res, qui in cauſa ſunt, accuſato. th. Nihil moleſtum
 fore arbitror: nam ſi fortè me deſatigari contingerit,
 1 hunc

Amor ma-
 gi & natu-
 ra magis.

Amor ma-
 gi & natu-
 ra magis.

Amor ma-
 gi & natu-
 ra magis.

Amor ma-
 gi & natu-
 ra magis.

Amor ma-
 gi & natu-
 ra magis.

Amor ma-
 gi & natu-
 ra magis.

Amor ma-
 gi & natu-
 ra magis.

Amor ma-
 gi & natu-
 ra magis.

hunc Socratem adhibebimus, Socrati quidē nō-
 me similem, mihi exercitationis socium, & equalem,
 cui mecum laboriosa multa peragere non est infue-
 tum. **hos.** Probē loqueris, & de his quidem proce-
 dere teferemus tecum apud deliberabis. **Communitate**
 verō mecum tibi nunc considerandum, incipendum
 que, ut mihi videtur, primum ab ipso Sophista, que-
 renti & explicita oratione mea, quid nā sit. In prae-
 sentia porro tu simul ac ego huius commune solū no-
 men habemus: verō ipsam quae nomine designa-
 tur, aliter forte veteres nostrum cogitavit. **Piscator** autē
 in singulis rem ipsam cum rationibus, quae nō solū
 lum ab ipso tōe percipere. **Quod** profecto nunc in-
 quiritur Sophista genus, haud facile definiiri potest
 quid sit sophista. Verus est omnium, & communis sen-
 tentia, si quis ea quae magna sunt, recte & trāgere ve-
 lit, in parvis quibusdā prius illa facilioribus, quam
 in maximis considerare debere. Equidem Sophista
 genus arbitratū difficile posse comprehendendi, nobis
 o Theaetete, cōsilio, ut ante in alio quodam faciliori
 progressum illius praemeditemur. Nūq̄ tu forte com-
 modiores viam ostendas. **th.** Nulla habeo cōmo-
 diorem. **hos.** Visne exiguum quiddā & vils in me-
 diam adducamus, maioris ipsius exemplū **th.** **Vo-**
lo. **hos.** An non proponendum notum quiddā atq̄
 exile, quod tamē nullo ex maioribus maiorem ratio-
 nem habeat, qualis homo piscator est. Nōne om-
 nium notum, minimūque magno studio & medita-
 tione dignū **th.** Certe, **ho.** Viam tamen & ratio-
 nem ad idē quo agimus, aptā habere videtur. **th.**
 Optimē ita res haberet. **hos.** Age hinc exordiamur.
 Dixerunt ipsam tanquam artificiosum, an ar-
 tis expertem, alterius vero potentiae cuiusdam partici-
 pationem ponere debeamus **th.** Nullo modo artis
 expertem. **ho.** Artium ferē omnium species duae
 sunt. **th.** Quae? **hos.** Agricultura, & cuiuslibet mor-
 talis corporis cura, & facultas omnium quae circa com-
 positum quodlibet scilicet versatur, quae communi-
 ter suppellectilia dicitur, & quae hęc imitatur, vni-
 versa inquam facultas huiusmodi quodā cōmuni
 nomine nuncupari debet. **th.** Quonā pacto? &
 quo nomine? **ho.** Quoties quod antea nō erat, in ef-
 fectū quae deinde perducit, quod agit, facere quod
 agitur, fieri dicimus. **th.** Reddē. **ho.** Cūda quae pau-
 lo ante retulimus, ad hoc vim habent. **th.** Habent
 certē. **hos.** Summatim itaque illa effectricem facul-
 tatē denominemus. **th.** Esto. **hos.** Disciplinā verō,
 & cognitivā species vniuersā, & quāvis certami-
 nisque ac venādi peritia, aut acquirēdi summam
 vancandū videtur: quippe cum nihil ex his quicquam
 fabricet, quae vero sunt, & fuerūt, cōparet, partim ser-
 monibus actionibusque capis, partim capientibus con-
 cedens. **th.** Decet. **hos.** Cum omnes artes, aut in
 acquirēdo, aut in efficiēdo versentur, quo in gene-
 re peritiam piscandi ponemus. **th.** In eo videlicet
 quod acquirit. **hos.** Nōne eius quod acquirit, duae
 sunt species? Vna inter volentes cōmutatio, dono,
 emptione, mercede. Altera mancipatio, vel opere
 vel sermone facta. **th.** Ex his quae dicta sunt, sic ef-
 fe constat. **ho.** Mancipatio vero bifariam partienda.
th. Quā ratione? **ho.** Vna quidē patens, quae certido
 capit. Altera latens, quae venando. **th.** Ita est. **hos.**
 Venatoriam quoq̄ bifariā diuidere decet. **th.** Quo-
 modo bifariam? **hos.** Aut n. rem expertem anima,
 aut animatam venatur. **th.** Quid nā? **hos.** Siquidem am-
 bo haec sunt. **ho.** Sunt profecto. Et oportet quod ad
 inanimatum pertinet, nomine carens dimittere, exce-

Cognitione
 rei cum
 rationibus
 notum
 facili-
 ter
 praece-
 dere
 verum
 senten-
 tia
 communis
 genitudo.

Translatio
 facienda
 ad
 faciliora
 ut
 cognoscatur
 quod quae-
 ritur.

Artium om-
 nium diuisio

peis quibusdam naturae facultatis partibus, & alia
 huiusmodi exigua praetermittere. **Animator** autē verō
 captū, animalium venationē vocare. **th.** Sic est.
ho. Venationis huiusmodi merito dux numerū creātur
 species. Vna quidem gressibilium animalium venatio,
 variis speciebus nominibus distincta. Altera vero
 natatium, quae per sicuti venatio nominatur.
th. Omnino. **hos.** Natatium verō quaedā penus
 per aerē, quaedā per aquam vagatur. **th.** Certe. **hos.**
 Volantum venatio, ab capium nominatur. **th.** Pro-
 culdubio. **hos.** Aquaticum verō, tere summatim in pi-
 scario. **th.** Omnino. **hos.** Piscationē autē nōne in duo
 maximā mēbra diuidimus? **th.** Quonā ista? **hos.** Aut
 natatibus, aut percussione piscatur. **th.** Quonā
 pacto vtrunque distinguitur? **hos.** Quaequid cocerent
 gratia cohibet, aliquid cōprehendēdo, retrahendū
 nominatur. **th.** Prorū. **hos.** Nasam, retia, laqueos,
 vericulis, ceteraque huiusmodi, nōquid aliter quā
 retrahendū vocabis? **th.** Haud aliter. **hos.** Hic igitur,
 & alius similis venandi modus qui cōbrendendū per-
 ficitur, piscationis species quaedā est. **th.** Illud. **hos.**
 Extat species altera quae hamis & fuscis capitur. Hanc
 percussione piscationē communiter appellare decet,
 nisi tu forte quid pulchrius alicui. **th.** Ne sit nobis
 cura nōne hoc porro sufficit. **hos.** Alii quidē nō
 hoc efficiunt ad ignis lumen, quae proprie ignis
 piscatio nuncupatur. **th.** Prorū. **hos.** Alij dē in
 extremo virgae cuiusdam ferentes vncem tridentibus
 vsi. **th.** Vnde contorta & vna omnis haec piscatio
 nominatur. **th.** Constat. **hos.** Qui piscandū per-
 cutit retortō quodam instrumento, & fuscina a su-
 periori parte ad inferiorem demittit, tridentē &
 fuscina piscationē vti dicitur. **th.** Ferunt. **hos.** Re-
 liqua est duntaxat vna species. **th.** Quonā? **hos.**
 Percussio quaedam hamo facta, contrae superior,
 neque in qualibet piscium parte, sed in capite & ore
 duntaxat, ab inferiori parte ad superiorem virgae &
 calami retrahens: huius quod possimum, o Thea-
 etete, nomen esse dicemus. **th.** Videtur quod supra
 proposuimus exquirēdū, nunc iam perspicille. **hos.**
 Nunc igitur piscationis nō modo nōmē ego ac tu
 communi sententia in fluitum, verum etiam ratio-
 nem ipsius operis sufficienter accepimus. Vniuersae
 porro artis diuidimur in diuisione huius, quae in acqui-
 rendo versatur, ac huius diuidimur quae capitur, & hu-
 ius rursus diuidimur quae mancipat huius venatoria
 venatoriae animalium praeda: huius, agilis animalis
 captura, agilis, vniuersaliter piscatoria: piscatoriae,
 percussivae atque tundens piscatio: percussivae, quae
 vncō piscatio sit: huius denique percussio quae sur-
 sum versus ab inferiori parte cōstatur, retrahendo,
 & inde nomen sortita, retrahens & hamatoria pis-
 catio dicitur. **th.** Abundē hoc ostensum est. **ho.** At-
 qui secundum hoc exemplum, quid est sophista, in-
 uenire statuimus. **th.** Prorū. **hos.** Illudque in pri-
 mis quaesitum est, vtrum ipsum qui hamo piscatur,
 rudē penitus, an artis alicuius partem ponere de-
 beamus. **th.** Ita est. **ho.** Et nunc quidem sophistam,
 rudē nē, an penitus sophistam appellabimus? **th.**
 Nullo modo rudē. **hos.** Intellego. **th.** Quod dicit,
 quod penitus talem esse oportet cum qui hoc nōmē habet,
 ut appareat. **th.** Quamnam tandem? **hos.** Pro deos,
 ignoramusne alterius cum altero cogitationem? **th.**
 Quorum. **hos.** Hamatoris atque sophistae. **th.** Quo-
 modo? **hos.** Venatores quidam esse mihi ambo vi-
 dentur. **th.** Quam praedam hic alter insequitur, de
 altero

Prima des-
 criptio sophi-
 stae.

altero namque diximus. **th.** Praedam vniuersam bi-
 fariam partem sumus: in natatē, atq̄ gressibilem.
th. Profecto. **ho.** Et venationem quae natantia
 quatuor persequitur, profectus sumus: eam verō
 quae gressibilia, praetermissimus, & quod multiplex
 esset, admissimus. **th.** Proculdubio. **ho.** S. Haec nō
 hamator & sophista ab arte venatoria aequae profi-
 ciantur. **th.** Videtur sane. **ho.** Ab animalium ve-
 natione, quidam in mare descendit, flumināque &
 lacus, & in his animalia ipsa venatur. **th.** Quid nā?
ho. Quidam autē in terras & fluuios velat in prata
 quaedam, inueniunt & diuisis abundantiā, in his ani-
 malia captantur. **th.** Quo pacto? **ho.** Venationis
 quae terra fit, duae maximae partes sunt. **th.** Quae?
 vtraque? **ho.** Vna circūm, agrēsum altera. **th.** An
 est vlla circūm venatio? **ho.** Siquidem est homo
 animal manifestum. Pone verō, ut lubet, siue nihil
 est manifestum, siue aliud quoddam manifestum,
 homo aut animal ferum: siue manifestus homo qui-
 dem, sed hominis venatio nulla. Ex his quod magis
 tibi consonat, in praesentia determinā. **th.** Arbitror
 equidem hospes, & nos manifestum esse animal, &
 hominem esse venationem. **ho.** Duplicem igitur &
 domesticorum venationem statuimus. **th.** Quā ra-
 tione? **hos.** Praedatoriam, & quae redigit in feru-
 tē, tyrannidē insuper, & militarem captiuitatem,
 cuncta haec violentiam communitate venationem as-
 serimus. **th.** Optime. **ho.** Quae verō indicando sit,
 vel concionando, vel conciliando, summam per-
 suasionis artificium huiusmodi. **th.** Reddē. **hos.**
 Huius duo sunt genera. **th.** Quonā? **ho.** Publicum
 & priuatum. **th.** Extat species vtraque. **ho.** Priuata
 rursus persuasio venatio, aut mercede fit, aut mu-
 neribus. **th.** Haud intelligo. **ho.** Amatorum venationem
 nunquam considerasse videris. **th.** Quā in
 re? **hos.** Quod illis quos carperunt, munera in super-
 exhibent. **th.** Vera narras. **hos.** Haec itaque artis
 amatoriae species est. **th.** Esto. **hos.** Sed ea quae mer-
 cede fit, aut versatur ad gratiam, voluptatēque ille-
 cebras parat, ut inde alimenta pro mercede duntaxat
 accipiat, quam adulationem vocamus, autem vo-
 luptatum machinatricem. **th.** Certe. **hos.** Aut vir-
 tutis ostendendae gratia conuertitur se proficitur, &
 pro mercede pecuniae exigit, idque genus alio no-
 mine nuncupandum videtur. **th.** Quid nā? **ho.** Quo-
 nam? **hos.** Exprimere tenta. **th.** Cōstat planē. **hos.** Sophistam
 nāq̄ iam reperisse videmus, & hoc nomen huic ma-
 xime congruere arbitror. **hos.** Vt ex hac disputa-
 tione colligitur, constat. **th.** Ex tēte, sophistam fa-
 cultatem appellandam esse artem quae in conciliando
 comparandūque versatur, animaliumque gressi-
 bilium & terrenorum domesticorumque venatio
 est, hominum videlicet priuata captura ob nummorum
 mercedem, & inueniunt diuitem atque nobili-
 um opinionem virtutis disciplinaeque irretitio. **th.**
 Prorū ita dicendum. **hos.** Praeterea hoc modo
 consideremus, non enim vils cuiusdam artis, quod
 nunc queritur, sed pulchrae admodum particeps est.
 Etenim ex his quae supra diximus, per imaginem
 quandam coniectare licet, non huius generis quod
 diximus, sed alterius esse. **th.** Cuius igitur? **ho.** Ar-
 tis profecto quae in acquirēdo versatur, duae species
 relatae sunt, venatio & comestitium. **th.** Certe. **ho.**
 Commerciorū verō duae sunt species, vna in largitio-
 nem, altera in emptionem venditionēque consistit. **th.**
 Sic est profecto. **hos.** Eam rursus quae ad emendum
 vendendumque pertinet, bifariam diuidimus. **th.**

Quo pacto? **hos.** Qui opera sua venalia facit, pro-
 priorum venditor nominatur: qui aliena vendit,
 commutator. **th.** Omnino. **hos.** Commutatio
 verō aut inter eundem vrbis ciues consistit, quam
 cauponariam vocamus. **th.** Sic est. **hos.** Aut inter
 ciues & peregrinos emendo & vendendo res ex ve-
 beata in aliam permutatur, quam mercaturam dicit
 emus. **th.** Quid nā? **hos.** Mercatura praeterea du-
 plex, altera ad vidum corporis spectat, altera ad a-
 nimi disciplinam, commutatque nutum eruditio-
 nem. **th.** Quomodo modum dicit? **hos.** Quod ad
 animum atinet, forsitan ignoramus. Nam quod ad
 corpus, agnosco. **th.** Nempe. **hos.** Eum pro-
 fecto qui musicam alibi quidem discendo emittit, alibi
 docendo vendit, literaturamque similiter, & pre-
 stigitricem, ceteraque animi disciplinas tam se-
 rias quam locofas, mercatorum nihil minus quam
 corporis alimenta vendentem dicimus. **th.** Vera
 narras. **hos.** Nōne illum similiter appellabis, qui
 disciplinas nummis emperis commutatorisque
 vrbis varias circū? **th.** Similiter certe. **hos.** Huius-
 modi mercatura pars quaedam ostentatoria meriti-
 tissimū vocatur, pars altera ridicula nihilomi-
 nus, quam sit disciplinarum venditor, cōsimili quodam
 venditionis cognomine vocanda. **th.** Prorū.
hos. Alio vero nomine nuncupandus qui fa-
 cultates alias vendit, alio qui precepta virtutum. **th.**
 Nihil prohibet. **hos.** Eum sane qui alias facultates
 venundat, artium vendentem nominare decet: sed
 cum hominem qui morēs mercede tradit, cogita
 quo nomine nuncupabis? **th.** Nunquid aliter quis
 recte cognominare hunc potest, quam quod nunc
 querimus, sophistam? **hos.** Haud aliter profecto.
 Iam igitur concludamus hunc in modum colligen-
 tes, quod secunda inquisitione sophista nobis ap-
 paruit acquiritor huiusmodi, scilicet commutator,
 emptor & venditor, mercator videlicet, qui animi
 disciplinas venundat ad sermones institutaeque vir-
 tutum praecipua pertinentēs. **th.** Valde. **hos.** Tercio
 rursus te similiter sophistam vocaturum hunc
 arbitror, qui eadem in vrbis permanens, partim emi-
 tit, partim ipse excogitat disciplinas, comparan-
 di vidus gratia venditor. **th.** Nihil obstat. **hos.**
 Sophistam igitur appellabis eum qui in acquirēdo
 versatur, commutat scilicet & emittit, venditque
 cauponando, siue sua inuenta, siue aliena circa vir-
 tutis studia vendat. **th.** Necessē est, rationi siquid-
 em assentiri decet. **hos.** Videamus iterum, vtrum
 quod in praesentia quaerimus genus, cuiusdam talis
 simile sit. **th.** Cuius? **hos.** Eius artis quae ad
 acquirēdum pertinet, pars quaedam certandi facul-
 tas erat. **th.** Erat certe. **hos.** Haud igitur ab re-
 erit, bifariam illam diuidere. **th.** Quas in partes di-
 uides? **hos.** Vna quidem pugnat, repugnat altera.
th. Verum. **hos.** pugnaeque corporis ad corpus,
 violentia congrue nuncupatur. **th.** Congruē. **ho.**
 Quae autem verbus aduersus verba committitur,
 contentio. **th.** Certe. **hos.** Ambiguitatis duae
 sunt species. **th.** Quae? **hos.** Quando oratio-
 nem perpetua publice de inuisiuius fertur, iudicialis
 controuersia nominatur. **th.** Ita est. **ho.**
 Cum verō priuatis inuicem quibusdam argumen-
 tationibus interrogando respondendūque con-
 tenditur, contradictionem appellare solemus.
th. Sic videtur. **hos.** Contradictio porro quae
 in commercis vtrunque contingit, & abque arte fit,
 vt species quaedam seorsum ponenda est: sic enim

Disciplina-
 rum merca-
 turae.

Secunda des-
 criptio sophi-
 stae.

Tercia des-
 criptio sophi-
 stae.

ratio ab aliis illam discernit, proprium vero cognomen, nec ab antiquis accepit, neque nunc a nobis accipit, neque enim deest. *th. Proculdubio. ho.* In varia nanque & minima scinditur: quae aut arte procedit, & de iustis iniustive, & de aliis generatim ambigit, litigium appellari solet. *th. Plane. ho.* Litigium duplex, alterum patrimonium dissipat, alterum pecunias cumulat. *th. Omnino. ho.* Quod itaque vti que tribuendum sit cognomen, inuenire conetur. *th. Oportet. ho.* Quicumque contentiones huiusmodi studio delectatus, res suas negligit, verba aut audientibus incunda componit, & quaeritunculas semper aucupatur, non aliter, ut mea fert opinio, quam nugator & garrulus est vocandus, *th. Sic utique. ho.* At vero qui ex priuatis litigis pecuniis cumulandis incumbit, quomodo vocandus sit, nunc vice tua fretus enarra. *th. Quisquis* absque errore respondere voluerit, sophilam hunc mirabilem quem quatinus appellabit, quarto se nobis iam offerentem. *ho.* Ratio itaque nunc ostendit sophilam nihil esse aliud, quam genus illud quae litium, artificiose litigando, aduersando, pugando, iustitiam acquirere solitum. *th. Sic est omnino. ho.* Cernis verum esse quod dicitur, varium hoc animal esse, vti que proverbio fertur, Non altera manu duntaxat apprehendendum. *th. An igitur* vtraque vti oportet. *ho.* Opus est, & pro vitiis sic agendum, cuiusmodi vero ipsius vestigium iam percurramus. *th. Dic age, habemus hoc vlla quae* vocamus seruilia nomina? *th. Multa. Sed quoniam* multis interrogas. *ho.* Talia quaedam vt cum dicitur excolare, distribuere, excoquere, fecerere, *th. Quid sit. ho.* Carminare praeterea, deducere, pectere, aliaque per multa huiusmodi in artibus reperimus, an non? *th. Quid ab his potissimum* ostenditur, exempla haec indicis, & per omnia sciscitatis? *ho.* Ad discernendum quodammodo pertinent quaecumque retilimus, *th. Profecto. ho.* Mea quidem sententia, cum circa haec vna ars in cunctis versetur, vno quoque nomine nuncupabimus, *th. Quoniam? ho.* Discretiuam dicamus. *th. Esto. ho.* Vide rusus, num species huius geminas inuenire possimus, *th. Subitam, vt* mihi videtur, considerationem imponis. *ho.* Enimvero in his quae dictae sunt discretionibus, partim detentiva meliori feceruntur, partim a simili simile. *th. Sic ferme nunc dictum esse videtur. ho.* Huius quidem proprium nomen non habeo: illius autem quae melius quod est, relinquit, quod vero detentus abicit, habeo. *th. Dic quod? ho.* Omnis huiusmodi discretio, vt ipse conicio, communiter purgatio nominatur. *th. Constat. ho.* Nonne geminam purgationis speciem esse quisque dignoscet? *th. Ita forte, si quis aliquandiu cogitet:* ego enim in praesentia ignoro. *ho.* Veruntamen species multas corporalium purgationum nomine vno compledi deest. *th. Quas inquis?* quoue nomine? *ho.* Purgatio animati corporis intrinsecus operans per gymnasticam, & medicinam, & quae extrinsecus balneis quod dictu vile est, mundat, item quae inanitata corpora fillo- rum ministerio abstergendo colorat, & omnia quae ornandi corporis curam gerunt, sigillatim varia viliusque nomina sortuntur, *th. Profecto. ho.* Omnino quidem, & Theatete. Ratiocinandi vero progressus nihil magis alterum altero minusve curat, si purgatio spongus fomentationibusque adhibi-

Quarta de
sophi
sta.

Proverbum

Aliterum et
cogitatio
solum
lanicatum,
verumque di
fcretionem
quodam f
gualicet.

ta minus mundat, pharmacum vero magis purificat, atque iuuat. Nam vt artium omnium intelligentiam consequatur, quodcumque cognatum est, vel non cognatum inuestigando, atque singulas artes honorat, aliaque aliis secundum similitudinem nihil magis ridicula censet. Quinetiam nihil honestius putat, si militari disciplina, quam si alia quaouis vilissima opera venatorum opus exerceatur. Et nunc quidem vt quarebas, quoniam nomine cunctas facultates, quaecumque corpus aut animatum, aut inanimatum purgare student, penitus comprehendemus. Nihil vti que quoad praesentem pertinet disputationem, reicit, quodcumque nomen inuentum decentius videatur, dummodo a purgationibus animae sit distinctum, quaecumque purgant corpus, includens. Mentis porro purgationem ab aliis omnibus fecerere nunc intendit, si quorundam, vergit, inspicimus, *th. Agnam quidem equidem, & admitto* duas species purgationis esse, animaeque purgationem a purgatione corporis esse diuersam. *ho.* Egregie loqueris, & in hoc insuper mihi obsequere, quod & dicturus sum, gurgus bifariam diuidere tentat. *th. Vt cumque duxeris, tecum partiri conabor. ho.* Prauitatem in anima aliud quiddam quam virtutem dicimus. *th. Aliud certe. ho.* Enimvero purgationem nihil aliud esse diximus, quam quod prauum est, euicere, reliquum vero seruare. *th. Diximus* proculdubio. *ho.* Si quam igitur circa animam prauitatis ablationem reperimus, merito purgationem appellare debebimus. *th. Maxime. ho.* Prauitatis in anima species duae ponuntur. *th. Quoniam? ho.* Vna morbi corporalis insular, turpitudinis altera, *th. Haud intelligo. ho.* Morbum forsitan, & seditionem non idem vocas. *th. Etiam* quid ad haec respondeam, nescio. *ho.* Num aliud seditionem putas, quam naturalis cognationis corruptelam, discordia quaedam proueniens? *th. Nihil aliud. ho.* Turpitudinem vero num aliud quam deformitatem ex dissonantia eorum quae natura cognata sunt, resultantem? *th. Illic ipsum. ho.* Quid porro, nonne videmus in eis quorum deprauatus est animus, opiniones a cupidinibus, iram a voluptatibus, rationem a doloribus dissentire? *th. Et maxime quidem. ho.* Veruntamen cuncta haec necessario cognata sunt. *th. Pater. ho.* Seditionem igitur ac morbum animae prauitatem vocare deest. *th. Recte. ho.* Si qua viderimus, quae certo quodam sine proposito, dum ad illud peruenire nituntur, singulis in motibus praeruaricentur, atque aberrant, vtrum quaedam mutua conuenientiaque communi, an contraria causis errare dicemus. *th. Constat* quod dissonantia atque impetie. *ho.* Atqui scimus nullum animum sponte aliquid ignorare. *th. Plane, ho.* Ignorantia quidem est dementia quaedam animae, quae dum ad veritatem nititur, intelligentia ipsa praeruaricat. *th. Omnino. ho.* Animam igitur ignorantem, inconcinnam atque deformem vocare deest. *th. Videtur. ho.* Sunt ergo duo haec malorum in anima genera. Vnum communiter improbitas nominatur, qui animae proculdubio morbus est. *th. Ita est. ho.* Alterum ignorantiam quidem nuncupant, prauitatem vero animae hanc esse confiteri nolunt. *th. Omnino* concedendum est, de quo modo dicente re ambigebat, duo in anima genera prauitatis existere: & timiditatem quidem in- temperantiamque, & iniustitiam, exterique huius-

Ignorantia
quid.

Qualis sit
gurgis au-
ma.

modi cuncta morbum existimare debemus: plurimum vero & variam ignorantiam, turpitudinem. *ho.* Nonne circa corpus, ius duobus analis, dux quoque artes sunt repectae? *th. Quoniam? ho.* Aduersus deformitatem gymnastica, aduersus morbum medicina. *th. Apparuit. ho.* Nonne & aduersus pecuniam, iniustitiam, timiditatem, ex omni genere artium conueniens maxime castigatio & animaduersio est iudicialis censura? *th. Hoc* vti que quantum hominum opinio fert consentaneum. *ho.* Sed aduersus ignorantiam vniuersam, quod aliud praeter doctrinam remedium inuenitur? *th. E. Nullum. ho.* Doctrinam vero vtrum vnam duntaxat ac simplicem, an plura genera illius esse dicendum? *Imo* duo genera eius summa esse animaduerte. *th. Animaduerte equidem. ho.* Haec vna quam primum id inuenturi mihi videmur. *th. Quae? ho.* Si ignorantiam geminam esse consideremus, ea si quidem duplex duplicem docendam rationem exigit, vt harum singulae singulis illarum reddantur. *th. E. Non* quid iam tibi conllat quod nunc quaeritur? *ho.* Magna quaedam & onerosa ignorantiae partem video, cunctis aliis eius partibus praerorandam. *th. Quam? ho.* Hanc cum quae illa quae nescit, scire se putat ab hac nimirum omnes quaecumque nos fallunt opiniones, proficiscuntur. *th. Ita est. ho.* Atque huic soli ignorantiae parti, iustitiae nomen conuenire existimo. *th. Proflus. ho.* Doctrinae itaque partem qua ab hac ignorantia liberamus, quomodo appellandam censet? *th. Reor* equidem, *ho.* hospes, partem aliam, doctrinas fabriles nominari, hanc vero, disciplinam. *ho.* Sic ferme inter omnes Graecos vocatur. Nobis autem hoc praeterea considerandum, vtrum indiuiduum sit totum hoc, an diuisionem aliquam habeat cognominem dignam? *th. Considerandum* profecto. *ho.* Videtur itaque mihi & hoc diuisionem suscipere. *th. Quae ratione? ho.* Eius vti que facultatis quae sermone docet, pars quaedam asperior, quaedam lenior esse videtur. *th. Qualem* vtranque dicimus? *ho.* Vnam quidem veterem ac patriam, qua aduersus filios maxime tunc vtebatur, & nunc etiam plerique vti que, quoriscumque delinquent, partim grauius oburgantes, partim mitius admonentes. Vniuersum hoc admonitione possimus nuncupare. *th. Ita est. ho.* Meram vero, qua nonnulli secum rursus ratiocinando sibi ipsi concesserunt, omnem infertiam inuoluntariam esse putandam, nullumque discernere illa, quae scire credit, affecturum, multoque labore admonitionem disciplinamque quicquam proficere posse. *th. Recte* putant. *ho.* Quinetiam alia quada via ad opinionem huiusmodi erudendam pergunt. *th. Quoniam? ho.* Exquirunt, sciscitanturque in his reb. quae quis optime intelligere, & exprimeret arbitrat, cum nihil veri dicat. Deinde erratum opinionem facile discutiunt, easque rationibus colligentes, in vnum inuicem conducunt: atque illas ostendunt sibi ipsi indignas, & ad eadem, & secundum eadem esse contrarias. Illi vero hoc a spicientes secum ipsi indignantur, & erga alios mites euadunt: atque hoc pacto magnas durasque opiniones deponunt. Quae quidem liberatio auditu liberationum omnium iucundissima est, & reuera firmissima. Enimvero, & dilectae puer, qui hos purgare aggrediuntur, haud secus quam medici corpora curandos existimant. Medici namque tradunt salubrib. epulis non prius nutritum corpus quam impedimenta pellantur. Similiter isti non prius egregias doctrinas con-

ferre animae censent, quam redargutus is qui errat, erubescat, repulsisque doctrinae impedimentis, falsis videlicet opinionibus, purus euadat, nec alia praeter illa quae noscitur, nosse se putet. *th. Optima* modestissime quoque omnium facultas haec est. *ho.* His de causis, & Theatete, dicendum, summam praecipuamque purgationem esse redargutionem, cuius qui non redargutus est, etiam si rex magnus sit, quandoquidem in maximis est impurus, rudem turpemque esse secundum illa, quib. purissimus pulcherrimusque esse debet, quisquis est felix reuera futurus. *th. Sic est omnino. ho.* Quosnam homines arte hac vti dicemus? Vereor. *th. Sophistas* dicere. *th. Quomobrem? ho.* Ne illos plus quam deceat, honoremus. *th. Veruntamen* que modo dicta sunt, tali cuidam similia esse videntur. *ho.* Atque etiam canis lupus maxime ferus mansuetissimus. Eum vero qui a deceptione tutus videri debet, a similitudine lumbi optere cauere oportet. lubricum enim maxime hoc genus. Sed esto, ne que enim de exiguis terminis contentionem tunc fore puto, cum satis multo obseruauerit. *th. Consentaneum. ho.* Esto igitur discretiae artis species purgatoria, purgatoriae autem pars quae mundat animam, scilicet huius, docendi facultas: doctrinae, disciplinae educatioque: disciplinam educationisque redargutio illa, quae versatur circa temerariam sapientiae opinionem, vt praefens oratio monstrat, nihil aliud quam generosa sophililarum facultas esse dicatur. *th. Dicatur* plane. Ambigo tamen quid potissimum est multis quae sese nobis offerunt, sophilam esse reuera affirmare conueniat. *ho.* Et merito ipse dubitas, quandoquidem ipsum quoque sophilam ambigere verisimile est omnino quoniam via rationes nostras effugiat. Scite naque proverbio dicitur, omnes laqueos effugere difficile est. Nunc igitur instandum illi maxime. *th. Praclare* loqueris. *ho.* Primum quidem hunc veluti cursum silentis paululum respiciemus, & inter nos ratiocinemur simul interquescentes. Age resumamus quam varias praese formas sophilista iam tulerit. Prima inuestigatione apparuit iuuenim ac diuitem mercenarius esse venator. *th. Ita. ho.* Secunda mercator quidam circa animi doctrinas. *th. Omnino. ho.* Tertia circa haec eadem caupo. *th. Et hoc. ho.* Quarta circa doctrinas suorum venditor inuentorum. *th. Optime* in memoria reuocasti. *ho.* Quintam vero ego ipse commemorare conabor. Certator quidam circa fretiones, & artificiosus nimium lingator. *th. Sic* vti que constitit. *ho.* Forma sexta ambigua quidem, ponenda tamen, & in praesentia quodammodo concedenda: purgator quidam animae vilis est, opinioniones extirpans omnes quae doctrinis impedimento sunt. *th. Sic est* proflus. *ho.* Non quid aduersus quoties aliquis multorum penitus videtur, vniuersum vero cuiusdam artis nomen nuncupatur, hanc visionem non esse sanam? *Imo* constat eum qui circa artem aliquam sic afficitur, non posse illud ipsum inspicere, ad quod doctrinae omnes huiusmodi tendunt. Quocirca multis pro vno nominibus eum qui variis scientiis videtur imbutus, appellat. *th. Ita* quodammodo natura institutum id esse apparuit. *ho.* Ne igitur & nobis idem propter socordiam in hac indagatone coartemur, repetamus in primis vnum aliquod eorum quae de sophilis sunt dicta. Vnum quippe ex illis praecipue sophilis nomen significasse mihi videtur. *th. Quid* illud? *ho.* Contradictorem illum esse diximus. *th. Diximus* certe. *ho.*

Similitudo
cauenda.

Proverb.

Ses formas,
& vniuersa
nes sophilis.

In quibus
contradice
re docent
sophista.

Nōne & alios vident efficiant, edocere? r. n. Ho
quoque. n. o. Videamus nūc circa quid maxime con
tradictōnes efficiere alios sophista se predicat. Con
sideratio vero nostra hinc sumat exordium. Num in
rebus diuinis quecumque vultus latent contradicendi
facilitatem præstant. r. n. Certè hoc de illis dicitur.
110. Quid autē de his que oculis conspiciuntur, celo
accerta, & hæc rebus que his continentur? r. n. e.
Quid maximè h. o. s. Etenim in priuatis colloquijs
quoties de generatione essentiæque generatim ali
quid dicitur, videntur illos ad contradicendum ven
hementes esse, & alios sui similes reddere posse. r. n.
Omnino quidem. n. o. Quid vero circa leges ac rem
pub. nōne in his quoque contentiosos homines se
efficere præsententur? r. n. Nemo, vt ita dixerim, cum
illis differet, nisi hoc pollicerentur. n. o. Que vero
aduersus singularum artium professores contentio
nis studio alteri debeant, passim scripta, circūfer
untur si quis volet cognoscere. r. n. Quæ Protago
ras de palestra ceteris que artibus scripte, dicere mi
hi videtur. n. o. s. Er de multis quidem alijs, o beate.
Verum ars ipsa contradicendi, nōne summam faci
litas est, quæ omnia in controuersiam deducere
potest? r. n. Nihil ferme prætermittere videtur. n. o.
Tu verò per doos, o puer, si hoc posse putas? Fortè
enim vos inuenies acutus hoc inspicias, senes verò
non obtinuisi. r. n. Quid istud, & quorsum hoc maxi
mè dicitis? Neque enim quod nunc quaris, intelli
go. n. o. Querebam vtrum hominum quispian scire
omnia possit. r. n. Beatum profectò hospes nostrum
genus esset. n. o. Quoniam pacto ignorans quispiam
aduersus intelligentem contradicendo, validum que
quam inferre poterit? r. n. Nullo. n. o. Quid ergo in
illa sophistarum facultate mirabile videretur? r. n. e.
Circum quid maximè? n. o. Quoniam tandem pacto iu
uenis possit persuadere, se vno omnium in rebus
singulis esse persuasissimos? constat. n. quod nisi rectè
contradicere, aut nisi illis rectè contradicere
videtur, ac tales cum videntur, nisi aduersando
existimarentur esse sapientiores, vacui occupatio
nis essent, & nemo quod tu dicebas, oblata pecu
nia ab istis erudiri cuperet. r. n. Nemo penitus. hof.
Nunc verò cupiunt. th. Ac vehementer. ho. Viden
tur arbitror illa in quibus aduersantur, optimè scire.
the. Quid? ho. Repugnant autem in omnibus.
Nōne? n. Absque dubio. ho. In omnibus itaque sa
pientes discipulis esse videntur. the. Cur non? hof.
Neque tam sunt. Impossibile quippe id esse con
stitit. the. Impossibile sanè. hof. Opinaticem igitur
circa omnia potius, quam veram scientiam habere
Sophista nobis apparuit. the. Profus. Ac quæ
modo dixisti, rectè admodum dicta videntur. hof.
Ponamus ergo exemplum aliquod istorum magis
perspicuum. the. Quales? hof. Hæc, sed attende di
ligenter, atque aptè responde. the. Quale inquam.
hof. Perinde est ac si quis assereret, nec dicere, nec
contradicere esse, sed præstare atque efficere, vt arte
vna cuncta faciantur. th. Quomodo cuncta dicebas?
hof. Principium sermonis huius statim ignoras.
Quid enim hæc dictio, cuncta, significet (vt videris
non intelligis). the. Non certè. hof. Dico igitur in
numero omnium esse me arte, & alia quoque ani
malia arborisque. the. Quomodo inquis? hof. Si
quis me ac te, & alias omnes stirpes se facturum
promittat. the. Quem faciendi modum dicis? Non
enim dicit agricolam quendam: nā animalium
factorem aiebas. hof. Aio, & terræ præterea, & ma

Ab Pimone
dicitur om
nia in con
trouersiam
deducere po
tuit.

Nullo om
nia scire pos
se.

Quis?

Quis?

Quis?

Quis?

Quis?

Quis?

ris, cælique, ac deorū aliorumque omnium: & cum
singula breuè finxerit, vni quodque exiguo pretio
vendet. the. Locum quandam narras. hof. Quid ve
rò znōne & ille iocam dicendum est, quod omnia fe
nosse prædicat, aliumque docere omnia exigua qua
dam mercede breuiter tempore proficitur? the.
Profus. hof. locandi verò speciem habes vllam
magis artificiosam acundamque, quam imitatio
nem? the. Nullam. Amplius sanè speciem dixisti, in
vno omnia compellens, atque multiplicem. ho.
An non intelligimus eam qui arte vna cuncta se fa
ceret hos se proficitur, pingendi arte fingere eiusdem
nominis rerum simulachra, demones etiam pueros
posse decipere, dum picta emians spectanda pro
ponit, quasi quodcumque velit, efficiere possit? the.
Quid prohibet? hof. Nōne & aliam circa sermo
nes tam arte esse putamus, quæ seductores qua
si præstigijs quibusdam vtentes adolecentulos pro
cul a veritate rerum adhuc existentes decipere va
leant, imagines quasdam verisimilibus loco verarum
rerum auribus inculcando, adeo vt vera eloqui,
omniumque hominum esse in omnibus sapientissi
mi videntur? the. Nihil prohibet aliam quandam
cuiusmodi esse artem. hof. Necessè est multos &
Theærete, eorum qui hæc audiuerunt, cum adole
terint, ac res ipsas communis confiderauerint, &
veris iam animis res manifeste tractate coactos,
pristinam opinionem abiecerit, atque ita commutare,
vt exigua videantur que magna, difficilia que faci
lia, & singula passim sermionibus concepta phantasmata,
actionum progressibus in contraria veri cog
nantur. the. Ita mihi videtur, prout meo huius at
tis iudicium est. Arbitror enim me adhuc esse eorum
numero esse qui a vero procul absum. hof. At verò
nos præsentis tibi opem ferre conabimur, & nunc
quidem conatur te quam proximè ad disciplinam
adducere: De sophista in primis mihi dicas, vtrum
inter nos consistet præfugiatorem quandam hunc
esse, verarumque rerum imitatore? an adhuc sus
picamur, ne forte veram illarum rerum scientiam
habeat, de quibus contradicere alius posse videtur?
the. Quis vltenus suspicatur hospes? lam ex his que
dicta sunt, patet eum ex illorum numero esse, qui vna
quodam disciplina pollent. hof. Præfugiator itaque
& imitator quidam esse dicendas. the. Procul
dubio. hof. Deinceps cauendum est, ne prædam
hanc dimittamus: retremè nanque sophistam veluti
reticulo quodam irreteum ratiocinando compre
hendimus. Quapropter hoc saltem minime subter
figiet. the. Quid istud? hof. Quod videlicet vnus
quidam est exolis qui imposturis & præstigijs sal
lunt. th. Idem quoque mihi videtur. ho. Visum est
igitur quam primū artem imaginariam, simulach
rorum videlicet esse necem, diuidere oportere:
cūque illam ingressi fuerimus, si quidem adhuc
nos sophista expectet, capere illum, sicut regio est
sermone mandatum, & illi tradendo prædam osten
dere. Si autem subintrans artis imitandi particulas
delitescat, insequendum esse, & partem qua se oc
culi, diuidendam apertendam que, quoque om
nino compræhendatur. Nam nec iste, nec aliud vl
lum genus cum fugiet, qui per omnia figillatim me
thodo disquirere potest. the. Rectè mones, atque
ita agendum. hof. Secundum vltimum diuiden
di rationem dicit nunc imitationis species cerere
mihi videor. Ideam verò quam quærimus, vtra
in specie ponam nondum mihi nunc videor posse
cognosce

Imitatoria
omnia sunt.

In sermo
bus esse artem
similem po
stioribus.

Vide Quin
tilianum de
hæc p. 12.

Septima de
hinc so
phista.

Sententia
Parmenidis
de eo quod
non est.

Vide Virtu
tiam de ra
tione colum
narum.

Vide Quin
tilianum de
hæc p. 12.

Sententia
Parmenidis
de eo quod
non est.

cognoscere. the. Hæc prius species duas distingues
atque declara. ho. Vnam quidem assimilandi artem
in ea video, cuius opus est, secundū exemplaris com
mensurationem quoad longitudinem, latitudinem,
profunditatem, convenientieque colores æmulam
imaginem fabricare. the. Quid verò, non omnes qui
aliquid imitantur, id pro virtus agunt? ho. Nequa
quam, si præsertim qui magnū aliquod opus aut
singunt, aut pingunt. Si in veram pulchrorum com
mensurationē simulachris præberent, minora quam
debet superiora mēbra, maiora verò que infra sunt,
apparent, propterea quod illa cūminis, hæc commi
nata a nobis cōspiciant. the. Omnino. ho. Ergo ar
tifices, veritate dimissa, non eas que reuera sunt, sed
que videntur pulchre commensurationes, simulach
ris ipsis accommodant. the. Profus. ho. Alteram
igitur speciem, nōne æquum est, cum imago sit, si
maginem vocare? the. Maximè. hof. Nōne igitur
species altera assimilatrix vocari debet? the. Certè.
ho. Partem igitur imitatrix altera, assimilatricem,
vt supra diximus, appellabimus. the. Sic profus. ho.
Quid porro quod apparet quidem pulchro simile,
cum non sit pulchrum, & si quis penitus inspicere
queat, nec simile, cui simile videtur, quo illud nomi
ne nuncupabimus: an non quia apparet quidem, ne
que tamen est simile phantasma diceddū? the. Pro
fectò. ho. An non plurima & in picturis pars hæc, &
in vniuerso imitationis genere est? the. Nempe. ho.
Artem verò illam qua phantasma fingitur, non ima
go, phantasmatica merito nominanda putamus. th.
Consentaneum est. ho. Has equidem duas imagi
narie facultatis species supra ponebam. Vnam que
similitudines efficit. Alteram que phantasmata. th.
Rectè. ho. Atque id quod ambigebam, vtra in specie
sit sophista ponendus, nequēdōm satis video. Reue
ra mirandus vir iste, cogitatioque difficilis: quando quid
dem & nunc quæ sit res ergo factus, in obscure spe
cie latebras secessit. th. Videtur. ho. Nunquid igitur
hoc intelligimus, mihi nunc assentiam imperius
quidam propter hunc sermonem ita te consuetum
induxit, vt repete cōtuleris? th. Quorsum hæc? ho.
In arduam profectò, o beate, considerationem inci
dimus. Semper. n. tam in præterito quam in præsen
ti tempore inaximè dubiam est quod dicitur, Appa
rere quidem hoc atque videri, esse verò nequaquam:
& aliquid loqui quædam, non tamen vera. Sic. n. di
centem oportet mentiri, aut arbitrari ita reuera esse:
& qui hoc dixerit, cum libip si manifestò non repu
gnare, plane, o Theærete, difficile est. th. Cur? hof.
Quia talis locutio, id quod non est, esse admittit. Fal
sum nanque haud aliter quod est, fieret. Magnus au
tem Parmenides, o puer, dum pueri adhuc esse mus,
statim ab initio assidue, id detestatus est. Sic. n. car
minibus passim iocatur. Nunquam, inquit, & nullo
modo sunt illa que nō sunt. Sed tu hoc trahere que
rens mentem cohibe. Itaque itaque testimonium
perhibetur, sermoque huiusmodi si mediocriter di
scutatur, rem patefaciet. Age hoc in primis, si tua ni
hil interest, inspiciamus. the. Mea quidē nihil inter
est, ipse videris, & qua prætare putas, ea & tu per
gas, & me ducas. hof. Ita profus agendum: & mihi
responde, nisi pronuntiare quod nullo modo est, au
deamus? th. Quidni? ho. Si quidem nullius contem
tionis, aut ioci gratia querendum de his, vt respon
dēdum sit, imò audientis quempiam oportet serū
nobis nomen hoc, non ens, declarare quò referen
dum sit, cogniturum eum putamus quò se vertat,

quidē & quo modo interroganti demonstrat? the.
Rem arduam scilicet hanc, vni que mihi, vt ita dicam,
profus ignorat. ho. Hoc saltem constat, quod id
nomen non ens, nulli eorū que sunt, attribuendum
th. Quomodo. n. id feret? ho. Cum vero ad ens, vt
ita dixerim, referri non possit, neque etiam ad aliquid
referendum. the. Quoniam pacto? ho. Id quod, no
bis patet, quod dictio hæc, aliquid, circa ens aliquod
vbique pronuntiat, atque impossibile est ipsum
aliquid solum & quasi nudatum ab omnibus his que
sunt seorsum enuntiare. the. Impossibile certe. hof.
Nam ita considerans confiteris necessarium esse
eum qui aliquid dicit, vni aliquid dicere: th. Ita. ho.
Vnius porro signum, ipsum aliquid esse dices, duo
rum & plurium aliqna: the. Dicam plane, ho. Num
verò qui non aliquid dicit, necesse est neque vnū
quid, id est nihil dicere? the. Necessarium est om
nino. hof. Neque id concedendum, hominem tam
lem dicere quidem aliquid, sed non vnū quid, id
est nihil dicere. Atqui neque loqui dicendum est ille
qui conatur non ens proficere. the. Sermo igitur
suum dubitandi habet. ho. Nondum magnum hoc
dicas. Extat enim adhuc, o beate, circa hæc dubita
tionum maxima atque prima, que circa ipsius prin
cipium accidit. the. Quo pacto id dicas, declara, ne
que te pigeat. hof. Etsi hæc quod est, aliquid al
terum eorum que sunt, contingere potest. the. Ni
hil prohibet. hof. Etsi verò quod non est, aliquid
ex his que sunt, ad esse vnam posse dicemus: the.
Nequaquam. hof. Vniuersum numerorum genus
in ordine eorum que sunt, sponsum. the. Certè, si
modo aliud quicquam in eo ponendum. hof. Quæ
re nec numerorum multitudinem, neque vnū
non enti adhibeamus. the. Haud rectè adhibere
mus, vt ratio nobis ostendit. hof. Quo pacto igitur
vel ore profertur quicquam, vel cogitatione cō
prehenderet ea que non sunt, vel non ens seorsum
a numero? the. Die quæ rationes? hof. Quoties non
entia deimus, nōne pueri multitudinem tenta
mus apponere? the. Vtique. hof. Quoties autem
non ens, vnum? the. Manifestum id quidem. hof.
Enimvero neque iustum, neque rectum esse diximus,
vt quis non enti ens adiungere audeat. th. Vera lo
queris. ho. Animadvertis igitur quod neque profert
ri, neque rectè dici, neque cogitari non ens secundū
seipsum potest, sed incogitabile, ineffabile, impro
nuntabileque & irrationale existit. th. Penitus. ho.
Nunquid paulo antè mentitus sum, cum dixi maxi
mam circa illud dubitationem me illaturum? th. A
liam igitur ista maiorem adducere possimus? hof.
Quid verò, o mirifice adolescens: an non ex his que
dicta sunt, vides, quod non ens tantis eum qui ipsum
redarguit, offendit tenebris, vt cum primum redar
gutionē aggreditur, sibi met aduersari cogatur? the.
Quomodo dices? Die etiam clarius. ho. Haud opus
est clarius aliquid in me quidem considerate: liqu
dem cum suppositum non ens, nec vnus nec mul
torum esse particeps, tamen & paulo antè & nunc
etiam vnū ipsum protuli, dum hoc ipsum non ens
pronuntiare, percipimus? the. Percipio. hof. Quin
etiam paulo supra inexplicabile ipsum, & ineffabi
le, & irrationale esse dixi. tenes? the. Tenco, quidni
hof. An non, dum ipsum esse ei applicare conaret,
contraria superioribus profiteretur? the. Videris.
hof. Nōne cum hoc illi attribui, quasi de vno lo
cutus sum? the. Absque dubio. hof. Imò & irra
tionale dum dicerem, inexplicabileque & ineffa
bile

Aliquid est
signum.

Dubitaris
maxima &
prima de nō
ense.

Non ens in
cogitabile &
ineffabile.

bile singulariter pronunciarem, perinde ac si vnum esset, verba de hoc faciebam. **T. H.** Quidam h. o. Diximus sane, si modo qui recte loqui voluerit, neque vt vnum, neque vt multa determinare ipsum debere, neque omnino ipsum vocare. Vnum n. iam & secundum hanc ipsam appellationem nominaretur. **T. H.** Profus. h. o. De me igitur quid deinde dicat alius? **Etenim** & supra, & nunc me in hac pugna aduersus non ens fucubulise compererat, quae ex me non ente loquente, quemadmodum dixi, non est cur firmum rectumque aliquid expectes. Sed de te iam, si placet, videamus. **T. H.** Quidam h. o. Age, conare bene & generose (es. n. iuuenis) & omni mentis conatu rectum aliquid de non ente proferre, illi nec essentiam nec vnum, neque numeri multitudinem adhibens. **T. H.** Quam temerarius essem, si eandem in qua tu succubulisti, pugna aggredere. **H. o.** Ergo si vis, te ac me praefermittamus, & donec in aliquem qui hoc praestare possit, incidamus, interim dicamus sophista praeter ceteris veritate admodum obscuris sese in latebris occultasse. **T. H.** Et maxime quidem. **H. o.** Verum tamen si phantastica quadam arte pollere sophista afferimus, facile ex isto vsu dicendi aduersus nos occasionem nactus, in contrarium sermones vertet. Nam dum ipsum simulachrum auctorē vocabimus, quid maxime simulachrum dicamus, interrogabit. Cogitandum Thexete, quid ita percontanti sophistae respondeamus. **T. H.** Dicemus videlicet simulachra esse illa quae in aquis & speculis offeruntur, picta quoque & typis expressa, & huius generis alia. **H. o.** Videris, Thexete, sophistam conspexisse nunquam. **T. H.** Cur? **H. o.** Videbitur tibi hallucinari, aut oculis carere profus. **T. H.** Quare? **H. o.** Ridebit te qui per figuras speculāque responderis, perinde ac si tu videns cum vide te loquaris: simulabitque nec aquas, nec specula, nec eorum quicquam quae videtur, sed nec visum ipsum se nosse, atque de hoc tantum sciscitabitur. **T. H.** De quoniam? **H. o.** De eo inquam, quod his omnibus, quae dixisti, commune est, & quod quae vnum in multis fit, non nomine simulachrum appellasti. Strenue itaque certa, neque ignauē cedas viro, sed generose responde. **T. H.** Quid aliud, o hospes, simulachrum esse dicamus, quam quod ad verisimilitudinem accedit quodammodo, cum sit ipsum aliud? **H. o.** Cum aliud tale dicit, vtrum verum, an aliud quiddam intelligi vis? **T. H.** Verum nullo modo, sed simile. **H. o.** Non quidem verum ens vocas? **T. H.** Id ipsum. **H. o.** Non verum autem veri contrarium? **T. H.** Quid prohibet? **H. o.** Si ergo id quod simile vocas, verum esse negas, ens quoque existere negas, est tamen. **T. H.** Quo pacto? **H. o.** Esse quidem, sed non verē esse fateris. **T. H.** Certē non verum ens, sed imaginem veram. **H. o.** Ergo non verē est ens id quod verē esse imaginem dicimus, & non verē ens est verē. **T. H.** Videtur non ens cum ente miris modis implicatum. **H. o.** Cur non mirum videatur? cernis quam arguē multiceps iste sophista nunc rursus tergiversandum nos inuitos non ens quodammodo esse fateri coegerit? **T. H.** Video, & maxime. **H. o.** Quis igitur ratione eius artem desinimus, ita vt nobis constitemus? **T. H.** Quomodo, quidue veritas ita loqueris? **H. o.** Quia sophista circa phantasmata deceptorem quandam asserimus, cuiusque artem decipiendi astutiam nominamus, vtrumne animam nostram falsa opinari captiuiculis eius irretiam, an aliud quiddam dicemus? **T. H.** Hoc ipsum. quid enim aliud diceremus? **H. o.** Falsa opinio est, eorum quae sunt opinari con-

traria? **T. H.** Contraria. **H. o.** Ais igitur falsam opinionem, quae non sunt, opinari? **T. H.** Aio, h. o. Vtrum non esse quae non sunt, putatam quodammodo esse, quae nullo modo sunt? **T. H.** Si quis vnquam quodammodo opinando mentitur, necesse est vt quae non sunt, esse quodammodo iudicet. **H. o.** Nonne etiam quae omnino sunt, nullo modo esse putabit? **T. H.** Id quoque. **H. o.** Et hoc falsum similitur. **T. H.** Et hoc, **H. o.** Quinetiam sermo mendax eadem ratione censetur, qui videlicet quae non sunt, esse, & contra, quae sunt, non esse pronunciat? **T. H.** Haud aliter mendax effici potest. **H. o.** Sermonem non aliter. Non tamen haec sophista faceret. **Quo** enim pacto mentis compos admiserit, quae superius concessa sunt, quando nec dici, nec proferri, neque describi, neque cogitari posse concessum sit? **Intelligimus** quid dicat Thexete? **T. H.** Quid intelligimus obicit enim nobis sermonem nostrum sibi mentem repugnare, cum ausi sumus falso dicere non ens in opinione & locutione versari. **Vnde** saepe cogi nos dicit non enti ens ad mouere, quod tamen fieri nullo planē modo posse supra conuincimus. **H. o.** Recte in memoriam reuocasti. **Sed** consulantium iam quid de sophista agere nos oporteat. **Nam** si eum in arte praestigiorum mendaciumque ponentes, desinite conerim, obiectiones permulce dubiaque nascuntur. **Et** quidem valde. **H. o.** Exiguam haecenus illorum particulam cum innumerata, vt dixi, erim, sint, profecti sumus. **T. H.** Si haec ita se habent, impossibile est sophistam comprahendere. **H. o.** Quid ergo? **Nam** ab inuestigatione propter mollitiem desissemus? **T. H.** Nullo modo desistendum arbitror, si qua ex parte hunc virum capere valeamus. **H. o.** Veniam itaque dabis, & vt modo dicebas, bene consulēs, si vel leuiter in questione tam ardua profecerimus. **T. H.** Dabo, & libenter quidem. **H. o.** Hoc abs te potissimum peto. **Quid** enim? **H. o.** Ne me quasi patriciam quandam fieri censeas. **T. H.** Quorsum haec? **H. o.** Nam necesse erit patri Parmenidis sermonem nobis propulstantibus examinare, cogereque non ens esse quodammodo, & ens rursus quo modo non esse. **T. H.** Videtur hoc sane in his sermonibus contendendum. **H. o.** Qui enim non videatur hoc vel (quod dici solet) caeco: nisi enim iam redarguantur concedanturque, nemo poterit de falsis sermonibus loqui, vel opinione, vel similitudine, aut imaginibus, aut imitationibus phantasmaticis, ut de his artibus quae circa haec versantur, quoniam rursus audientibus moueat, dum sibi mentem contra proferre cogetur. **T. H.** Vera loqueris. **H. o.** Propter haec aduersus patrem nomen in stare audendum, vel dimittendum omnino, si qua pigritia seu verecundia detinemur. **T. H.** At nihil prohibebit quominus id faciamus. **H. o.** Tertium praeterea quiddam, & ipsum exiguum quidem, abs te postulo. **T. H.** Dic sodes. **H. o.** Dixi paulo ante me circa talium redargutionem cum semper, tum in praesentia nimis detatigari. **Dixisti** iam. **H. o.** Vereor ne propter illa quae a me dicta sunt, curiosus tibi videar, statim me sursum deorsumque permutans. **Nam** tui gratia confutationem illius sermonis aggrediemur, si forte confutemus. **T. H.** Haec ergo de causa forti animo ad pugnam accingere. **Neque** enim me iudice dehisce diceris, si cum susceperis confutandum. **H. o.** Vnde nam quomodo disputationem hac discernere plenam exordiemur? **H. o.** Vtique calle, o puer, eundem necessario puto. **T. H.**

Quon

Quoniam? **H. o.** Vt quae faciliora videntur primum discernamus, ne rerū difficultate deterri, ab incertis protinus desistamus, sed vt facile communi consensu differendo pergamus, quati leuiter ac bene de his iudicare possimus. **T. H.** Planius quod sentis exprime. **H. o.** Leuiter mihi videtur haec Parmenides prolocutus, & quicquid alius vnquam quot & qualia sunt entia determinare est ausus. **T. H.** Quo pacto? **H. o.** Falsam nobis tanquam pueri vniquisque narraffe videtur. **Vnus** quidem, quod tria sunt quae existunt, quod duo illorum quaedam inuicem quandoque pugnant, interdum verò conciliata in vnum matrimonium contrahunt, pariuntque, & progenitis porrigunt alimenta. **Alter** verò duo posuit, humidum & siccum, vt calidum & frigidum, eiusque coniugauit inuicem atque expedit. **Eleatica** verò apud nos doctrina a Xenophane, imò & ab antiquioribus originē ducens, omnia quae esse dicuntur, vt vnum ponit, fabulose quae differit. **Iades** autē & **Siculae** muse quaedam his posterioribus, ambo haec inuicem implicare tutius censuerunt, ita vt ens & multa & vnum sit, discordia verò & concordia teneatur. **Dissidens** enim semper consentit, vt musa vehementiores canunt. **Remissiores** verò muse semper huc vicissim tum vnum, & amicum sibi propter venerem esse, tum multa, & sibi ipsi dissidens per discordiam. **Durum** est autem aduersus tam indyotos antiquosque viros me, siue vera sine falsa dixerint, ferre sententiam. **Tantum** hoc sine inuidia asserere possumus. **T. H.** Quid? **H. o.** Quod nosque opus exequitur, nulla nostri cura adhibita, vtram eos differentes assequamur, necne? **T. H.** Quo pacto inquis? **H. o.** Quoties illorum aliquis ait, quod est, vel fuit, vel sit, multa aut vnum, aut duo, & calidum frigidum mixtum, dictiones quasdam concretioneque inducens, quid per deos Thexete, ex his significari conitit? **Ego** quidem dum eram junior, si quando id ipsum non ens, de quo nunc ambigimus, proferretur, exacte me intelligere confidebam. **Nunc** vides quo de hoc dubitantes redacti sumus. **T. H.** Video equidem. **H. o.** Fortē verò & circa ens idem nihilominus noster animus patitur. **Hoc** enim intelligere nos quoties proferitur, affirmamus, illud verò minimē, cum similitur, vt puto, vtrumque intelligamus. **Fortē** enim. **Idem** quoque de ceteris quae supra narrauimus, dictum sit. **T. H.** Nempe. **H. o.** De multis quidem postea, si videbitur, considerabimus: de maximo verò, praecipuoque & primo nunc iam cogitandum. **T. H.** Quid ais? **an** de ente primum querendum censēs, quid maxime significare velint qui illud enunciant? **H. o.** Planē intellexisti Thexete. **Aio** equidem ita nos disputare debere, ac si adessent illi, atque ita interrogare. **O** vos, quicunque calidum & frigidum, aut aliqua duo talia cuncta esse asserueris, quid hoc in ambobus existere vultis, quoties ambo atque vtrumque esse dicitis? **Hoc** ipsum esse, quid à nobis intelligi debet, cum vos proferitis? **Vtrum** tertium quiddam praeter illa duo? **Quod** si ita est, rursus genera iam secundum vos, non duo tantum ponenda videntur. **Sinautem** alterum ē duobus ipsum ens vocatis, haud similitur vtraque esse dicitis. **Vtrumque** enim vnum esset, non duo. **T. H.** Vera loqueris. **H. o.** Nunquid ambo ens vocare vultis? **T. H.** Forsitan. **H. o.** At, o amici, dicemus, hoc quoque modo duo haec vnum affirmaretis. **T. H.** Redde inters. **H. o.** Postquam igitur nos in hoc delecta-

mus, vos saltem nobis rem aliquādo declarate, hunc nomine ens significare vultis, cum id pronuntiat. **constat**, non vt iam diu rem nouisse, nos autem haecenus scire putauimus, nunc haec itamus, quam obrem hoc nos in primis docete, ne dum quae tradidit, dicere opinamur, nos opinio fallat. **Si** haec exigamus, ta ab his, quam ab aliis qui pluraquam vnum ipsum omne ponunt, nunquid errabimus? **T. H.** Minime omnium. **H. o.** Quid ad eos qui omne vnum esse tradunt, nonne querendum pro viris, quid ens ipsam dicant? **T. H.** Cur non? **H. o.** Ad haec ergo respondeant, vnum dicitis esse solum? **dicimus**, respondebunt, an non? **Ita**. **H. o.** Ens aliquid vocatis? **T. H.** Certē. **H. o.** Nunquid idem quod vnum, nominibus ad idem duobus vtentes aliud? **T. H.** Quid ad haec hospes? **si** respondebunt? **H. o.** Pater, o Thexete, illum qui hoc suppositum, non facile ad istas, aliafque obiectiones huiusmodi responsurum. **Qua** ratione? **H. o.** Duo quidem nomina consistere, cum vnum duntaxat ponatur, absurdum est. **Quid** enim? **Quinetiam** illuc omnino recipere absurdum est, si quis nomen esse dicat, cuius nulla sit ratio. **T. H.** Quo pacto? **H. o.** Qui ponit nomen à re diuersum, duo quaedam inducit. **T. H.** Pater. **H. o.** Praeterea si idem cum re nomen esse concedit, cogetur vel nullius esse nomen: vel si est aliquid, non minus nomen esse fateri, alterius verò nequaquam. **T. H.** Sic est. **H. o.** Et vnum vnus ens solum: & hoc nomen ipsum vnum ens. **T. H.** Necesse est. **H. o.** Quid porro? **totum** ab ente vno diuersum, an idem dicent? **T. H.** Cur non dixerint? **dicent** enim, ac dicunt. **H. o.** Si ergo totum est, quemadmodum inquit Parmenides, aequalis vndique spatiae mole permixta, ad medio ad circumscriptionem penitus aequē distans, eo neque maius quicquam, neque potentius est, necessarium est cum hac, aut illac tale sit, ipsum ens medium extremāe habere, & idcirco partibus quoque consistare. **T. H.** Sic oportet. **H. o.** Atqui nihil prohibet ipsum diuisum in partibus omnibus passio nem vnus admittere, atque hoc modo & omne ens & totum, vnum existere. **T. H.** Nihil penitus. **H. o.** Quod autem haec patitur, an non impossibile est id ipsum vnum esse? **T. H.** Quare? **H. o.** Quia quod secundum veram rationem impartibile est, id omnino reuera vnum est ponendum. **T. H.** Oportet sane. **H. o.** Quod verò tale est, vt ex pluribus partibus constitutur, cum vniversa ratione minimē consonabit. **T. H.** Intellego. **H. o.** Vtrum totum ipsum vnum recipiens passio nem, ita & vnum & totum erit: vel omnino non dicimus ipsum vnum totum existere? **T. H.** Optionem ambigam proposuisti. **H. o.** Vera narras. **Nam** si ens vnum esse admittat, ens & vnum non idem esse apparet, & plura omnia quam vnus erunt. **T. H.** Certē. **H. o.** Quid si ens sit non totum, ex eo quod illius susceperit passio nem, sit autem ipsum totum, indignum ens luptuosus efficiatur. **Maximē** enim. **Enimvero** secundum hunc sermonem cum seipso priuatur, non ens erit ens ipsum. **T. H.** Sequitur. **H. o.** Atque ita rursus omnia plura quam vnum existent, cum tam ens quam totum propriam naturam seorsum ab altero sit sortitum. **T. H.** Profecto. **H. o.** Et si omnino non sit totum, eadem haec enti prouenit: ac praeter id quod contingit non esse, contingit etiam neque factum fuisse ens vnquam. **T. H.** Quid ita? **H. o.** Quicquid factum est, semper factum est totum. **Quam obrem** neque factum factum est, neque generationem tanquam existentem ap

sepe quod factum est, totum factum est.

tem ap

Eurycles, procechis.

omnia, interdum diuidunt, siue in vnum & ex vno in infinita, siue in terminata elementa diuidat, & ex his componunt: similiter quidem si interdum id fieri ponant, similiter si semper in his inquam omnibus nihil veri dicunt, quandoquidem rerum est nulla compositio. **THE.** Recte. **HO.** Præterea & ipsi quam absurdissimè sermonem transfigerent, si nihil permitterent alterius passionis communiōne alterum appellari. **THE.** Quomodo? **HO.** Ipso esse circa singula quodammodo vt coguntur, & ipso seorsum, & altero, & secundum seipsum, & innumeris aliis: quibus abstrinere nequeant quin sermonibus suis interserant, nullis aliorum redargutionibus indigent, sed vt ferret, domi hostem & aduersarium habentes, in tus submurmurantem, tanquam absurdum illum Eurydem circumferentes semper incedunt. **THE.** Verū est quod dicis ac simile. **HO.** Quid verò, si omnia vim mutæ cōmuniōnis habere dicamus? hoc profecto & ipse refellere possum. **THE.** Qua ratione? **HO.** Quoniam & motus ipse omnino quiesceret, & status ageretur, si inuicem cōmiserentur. Hoc autē summa quadam necessitate impossibile est, motum stare, statumque moueri. **THE.** Cur non? **HO.** Tertium itaq; solum restat. **THE.** Sanè. **HO.** Etenim vnum aliquod istorum necessarium est, vel omnia, vel nulla, vel alia commiseri, alia minime. **THE.** Necessarium profus. **HO.** Duo quidem reperiri non possunt. **THE.** Non certe. **HO.** Quod si quicunque rectè responderet vult, reliquam è tribus ponere debeat. **THE.** Maxime. **HO.** Quandoquidem alia coire volunt, alia minime, ferme idem rebus aliis quod de le tenis cœnēt. Nam quædam ex literis inuicem copulantur, quædam minime. **THE.** Patet. **HO.** Vocalem quippe literarum series per alias omnes tanquam vinculum quoddam protenditur, sine quo nullæ inuicem literæ vinciri possunt. **THE.** Et maxime quidem. **HO.** An intelligit vnusquisque quæ literæ quibus congruunt, vel arte opus est, vt rectè id fiat. **THE.** Arte. **HO.** Quæ? **THE.** Grammatica. **HO.** Nonne idem circa grauium & acutorum sonos? Qui enim voces inuicem consonas, dissonasue arte dignoscit, musicus: qui vero ignorat, musicæ expertus. **THE.** Ita est. **HO.** Et in aliis artibus, artiumque defectibus eiuscœmodi alia reperiemus. **THE.** Manifestum id quidem. **HO.** Cum verò & genera rerum eodem pacto mutiam communiōnem habere dixerimus, nonne scientia quadam sermones peragere debet, qui quis rectè qualia genera qualibus congruant, aut dissonent, sit ostensus? quin etiam per omnia cogniturus si ista conueniant adeo vt commiseri possint, & in diuisionibus rursus, si per omnia altera diuisionis est causa? **THE.** Scientia profus opus est, ac ferme omnium maxima. **HO.** Quam igitur hanc appellabimus Theatere? Nunquid per loquem imprudentes in liberalium hominum scientiam incidimus? Cùmque quæreremus sophistam, prius inuenisse videtur philosophum. **THE.** Qui isthuc? **HO.** Per genera diuidere, & neque eandem speciem alteram putare, neque alteram rursus eandem esse, nonne dialecticæ officium esse dicimus? **THE.** Dicemus profecto. **HO.** Quicunque hoc agere potest, vnam ideam per multa, vnoquoque seorsum posito, passim porrectam acutè persentiat, & multas quæ diuersè inter se sunt extrinsecus sub vna comprehensas, & vnam rursus per tota illa, quæ multa sunt in vno copulatam, & multas seorsum vidique distinctas. Hoc autem est scire, per genus discernere

quæ singula communicare vicissim possunt, & quæ non possunt. **THE.** Omnino. **HO.** At vero dialecticè opus haud alteri dabis, vt arbitror, quam præ legitimèque philosophanti. **THE.** Quo pacto alteri dari possit? **HO.** Philosophum quidem tali quodam in loco & nunc, & in posterum, si quæremus, inuenimus, quanquam & hic non facile conspici potest. Sed alia ratione sophista, alia philosophum intuitum refugit oculorum. **THE.** Quæ? **HO.** Sophistam pono, quia in non entis tenebras aufugit, & diuturna consuetudine tenebris illis offunditur, idcirco summa difficultate discernitur. **THE.** Sic est. **HO.** Philosophus autē entis ipsius ideæ ratiocinatione semper inherens, ob regionis illius splendorem haud facile cernitur. Nam vulgarium animarum oculi diuinitatis radios sustinere non possunt. **THE.** Contentantur est ista sic non minus quam illa sese habere. **HO.** De hoc aliàs clarius, si pro voluntate licebit, tractabimus. Sophista vero non prius est dimittendus, quam sufficienter à nobis sit cognitus, **THE.** Egregiè. **HO.** Postquam ergo inter nos conuenit ex generibus quædam vicissim congressi, quædam penitus dissidere, & alia quidem cum paucis, alia cum multis, nonnulla quoque per omnia omnibus coherere, sequamur deinceps rationem sermonis huius in hunc modum considerantes. Non de omnibus speciebus inquam, ne multitudine confundamur, verum qualdam ex iis quæ maxime appellantur eligentes, primum quidem quales quæque sint, deinde quam vim mutæ communiōnis habeant, vt ens atque non ens, si non possimus perspicua penitus notione comprehendere, saltè congrua de his disputandi ratione nõ careamus, quoad inuestigationis huius conditio patitur. Quod si non ens velut imaginatio esse, reuera nõ ens dicemus, insones forsitan euademus. **THE.** Decet fanè. **HO.** Maxime vero omnium genera quæ modò referrebamus ens ipsum, & status, & motus. **THE.** Valdè. **HO.** Duo hæc inuicem misceri non posse, est didicim. **THE.** Certe. **HO.** Ens verò vtriusque misceri: ambo, n. quodammodo sunt. **THE.** Nihil obstat. **HO.** Sequitur vt tria sint hæc. **THE.** Sequitur. **HO.** An non horū quodlibet à duob; reliquis alterum est, sibi idem? **THE.** Est. **HO.** Quid ita nunc idem & alterum diximus? Nunquid vt duo quædam genera alia quam tria superiora, illis autē necessario semper adnexa: atque ita de quin que generibus cogitandum? An idem hoc & alterum illorum quiddam enunciamus, quod tamen nos latuit? **THE.** Forsitan. **HO.** At verò motus statusque neque alterū est, neque idem. **THE.** Quam ob causam? **HO.** Quod cōmunitur motum statumque vocamus, hoc neutrum illorū esse potest. **THE.** Cur? **HO.** Quia & motus staret, & status itidem moueretur. Circa enim ambo alterum, vtrumvis illorum effectū, cogere alterum in natura sua transeunt contrarium, vt pote contrarij particeps. **THE.** Profus. **HO.** Ambo tamen eodem altero participat. **THE.** Nepe. **HO.** Ne ergo dicamus, aut motum esse idem vel alterū, aut statum similitur. **THE.** Non certe. **HO.** Sed nunquid ens & idem quasi vnum quiddam nobis cogitandum? **THE.** Fortè. **HO.** At si ens & idem nihil inter se differat, quoties motum & statum ambo esse dicemus, ambo similitur ista idē, sicut entia denominabimus. **THE.** At hoc impossibile. **HO.** Nō potest igitur idē & ens, vnum esse. **THE.** Sic ferme dicendum. **HO.** Quartam ergo speciem præter tres superiores ipsam idem ponamus. **THE.** Ponamus. **HO.** Nunquid ipsam

Quomodo inter se philosophi.

Oculi vel garrum animarum radios diuinitatis sustinere non possunt.

Non ens in quibus sit.

Quid ens & idem non sunt vnum.

ipsam alterum quinto loco ponendum? vel hoc & ens nomina duo vnum quiddam significare putandum? **THE.** Fortè. **HO.** Arbitror tamen concessurum te, quod eorum quæ sunt, quædam ipsa secundum seipsa sunt, quædam ad alia referuntur. **THE.** Quidnis? **HO.** Alterum autem semper ad alterum, nonne? **THE.** Semper. **HO.** Non tamen ita, nisi alterum, & ens inter se longe differret. Sed si alterum speciebus vtriusque participaret, vt ens, esset vtrique aliquid eorum, quæ altera sunt, alterum vtrique non ad alterum: nunc aut quæquid reuera alterum est, ex necessitate sequitur, vt secundum id quod est, alterum sit. **THE.** Sic est, vt dicis. **HO.** Quintam ergo alterius naturam in speciebus, quibus adiunximus, ponere decet. **THE.** Profecto. **HO.** Dicendum quoque per omnia hæc illam discurrere, esse enim ex aliis vnum quodque alterum, non per se ipsius naturam, sed quia alterius ideæ sit particeps. **THE.** Reuera. **HO.** Sic autem de quinque sigillatim repetendo dicamus. **THE.** Quid? **HO.** Principio, quod motus omnino alterum quiddam est, quam statum. Itane, an aliter asserendum? **THE.** Ita profus. **HO.** Non ergo status est. **THE.** Nullo pacto. **HO.** Est autem, ex eo quod ens est particeps. **THE.** Est. **HO.** Rursus motum alterum est, quam ipsum idem. **THE.** Fere. **HO.** Non ergo ipsum idem est. **THE.** Non certe. **HO.** Atramem idem quodammodo est propter participationem. Omnia enim ipso eodem participant. **THE.** Summopere. **HO.** Concedendum igitur sine controversia motum, & idem esse pariter & non idem, neque enim cum dicimus motum idem esse & non idem, simili ratione pronunciamus: sed idem, quia ipse eiusdem particeps, sibi idem est. Non idem vero, quia ipsum quoque alterum recipit, quo ab ipso eodem sciungitur, neque illud est, sed aliud quiddam. Quamobrem rectè non idem dicitur. **THE.** Rectè nimirum. **HO.** Quinetiam si quo modo statum ipse motus admitteret, motum stabilem nominare nequaquam esset absurdum. **THE.** Rectè, siquidem concesserimus è generibus quædam inuicem communicare velle, quædam minime. **HO.** At vero ad huius prius quam presentium demonstrationem, refellendo peruenimus, quod videlicet sic natura seres habeat. **THE.** Cur non? **HO.** Dicamus iterum motum alterum esse, quam ipsum alterum, quemadmodum aliud, quam idem, & status erat. **THE.** Neceste est. **HO.** Est ergo & alterum hac ratione quodammodo & non alterum. **THE.** Verum. **HO.** Quid verò deinceps? Num alterum ipsum, quam tria dicemus, non tamen à quarto diuersum, cum quinque illa esse confessi fuerimus, è quibus vnum considerandum proposuimus? **THE.** At quomodo? **HO.** Neque enim minorem illorum numerum, quam supra consiterit, concedere possumus. Itaque nihil veritè pugnet motum aliud esse, quam ens. **THE.** Assueremus protinus. **HO.** Quare motus reuera non ens exiit, & ens, quandoquidem ens est particeps. **THE.** Manifestum id quidem. **HO.** Sequitur itaque non ens in motu, & in aliis generibus omnibus esse. Nam in singularis alterius ipsius natura, dum alterum vnum quodque, quam ipsum ens efficit, non ens efficit singula: atque ideo cuncta similitur non entia hæc de causa prædicabimus, & quia ente participat, esse iterum dicemus, entiaque vocabimus. **THE.** Fortasse. **HO.** Ergo circa speciem quamlibet ens quidem multiplex est, non ens autem multitudine infinitum. **THE.** Videtur. **HO.** An non ipsum quoque ens aliud, quam vnum quodque

aliorum esse dicendum? **THE.** Neceste est. **HO.** Ens itaque quot nomen alia sunt, totidem non est ipsum: nam cum illa ipsum non sit, vnum quidem ipsum est: alia verò que infinita sunt numero, non est. Ita penè dicendum. **HO.** Haud sanè tuihari nos his decet siquidem natura generum mutuum communionem habet. Siquis autem minus hæc accipit, sciendum positus superioribus, concedi hæc insuper oportere. **THE.** Iustissime dicis. **HO.** Videamus & hoc. **THE.** Quidnam? **HO.** Quoties non ens dicimus, vt videmur, nequaquam entis contrarium dicimus, sed alterum quiddam solum. **THE.** Quomodo? **HO.** Ceu cum aliquod non magnum dicimus, non magis paruum, quam æquale eo vocabulo significamus. **THE.** Sic est. **HO.** Non ergo contrarium, quando negatio dicitur, significari fatebitur: tantum verò duntaxat assuerabimus, quod non, & neque, aliquid ex aliorum numero significant, quando nomina antecedunt, imò quoties antecedunt res ipsas, circa quas nomina negationes sequentia pronuntiantur. **THE.** Sic est omnino. **HO.** Hoc præterea si tibi videtur, meditemur. **THE.** Quid istud? **HO.** Ipsius alterius natura eodem modo, quo & scientia, concisa videtur. **THE.** Quo pacto? **HO.** Vna quidem est & illa, pars autem illius in aliquo residens, sigillatimque determinata, cognominatio proprium est fortia: quocirca multe artes scientiaque esse dicuntur. **THE.** Profus. **HO.** Nonne & partes nature ipsius alterius, quæ vna est, idem quod & partes scientia patiuntur? **THE.** Forsitan. **VERUM** quia ratio- nem, dicamus. **HO.** Est pulchro pars aliqua ipsius alterius opposita? **THE.** Est. **HO.** Hanc enim cognominatio. **THE.** Quod enim non pulchrum vbiue pronunciamus, hoc non ab alio quoquam alterum est, quam à pulchri natura. **HO.** Age itaque ad hoc responde. **THE.** Ad quod respondeamus? **HO.** Cùm aliquid in parte quadam entium determinatū sit rursusque alicui entium opponatur, contingente ita non pulchrum dicitur. **THE.** Ita. **HO.** Eius itaque quod est ad id quod est oppositū, sequitur esse id quod non est pulchrum. **THE.** Rectè admodum. **HO.** Nunquid ex hoc sermone pulchrum magis in numero entium, non pulchrum minus ponendum? **THE.** Nihil magis. **HO.** Similiter ergo tam non magnū, quam magnum esse dicendum. **THE.** Similiter. **HO.** Quinetiam nõ iustum secundum hæc ac iustum ponemus, vt alterum altero nihil magis sit. **THE.** Absque dubio. **HO.** Eademque erit de cæteris ratio, postquam alterius ipsius natura, è genere entium esse apparuit. Ea verò existente, neceste est & partes eius nihilominus existere. **THE.** Quid prohibet? **HO.** Oppositio ipsa que est inter partem nature ipsius alterius, si quæ ens ipsum essentia nihilominus sit dicta fas est, quæ ens ipsum essentia nihilominus que contrarium illius, sed alterum quiddam duntaxat significat. **THE.** Perspicue. **HO.** Quam igitur ipsam appellabimus? **THE.** Constat vtrique quod non ens id, quod à nobis sophista gratia quæsumus, hoc ipsum est. **HO.** An vt dicebas nihilominus, quam ceterorum quicquam essentiam habet oportere? **THE.** audeat iam dicere, quod non ens firmiter naturam suam habet, quemadmodum magnum erat magnum, pulchrumque erat pulchrum, ac etiam nõ magnum, & non pulchrum. Eodémque pacto nõ ens, secundum idem erat, & est nõ ens species vna multis aliis entibus adnumerata. Nunquid vterius circa hoc Theetete diffidimus? **THE.** Nequaquam. **HO.** Aduertisne

Quando negatio contrarium non significat.

Meditatio ipsius alterius.

Probari quod non ens sit.

Quod non ens firmiter habet naturam suam.

Carmina Parmenidis

Qui possit... non cre... diat... reprobare... reprobare... non vale... credere... bet.

quàm longè à Parmenidis interdicto diuertimus... th. Cùm nam: hos. Illius limites transgressi sumus, dum vitium quam statuerit considerauimus & ostendimus. the. Quo pacto: hos. Quoniam, inquit ille, nunquam, & nullo modo sunt non entia. Sed tu querens ab hoc progressu cohibe mentem. th. Dicit equidem sic. ho. Nos autem non solam, non entia esse ostendimus, sed que sit non ens species demonstrauimus. Cùm enim ostenderemus alterius ipsius naturam esse, perque omnia entia diuisam atque dispersam inuicem, tunc partem eius oppositam ei quod cuiusque ens est, esse ipsum reuera non ens asseruimus. the. Vera profus, o Hospes, dixisse mihi videtur. ho. Nemo itaque dicat, quod postquam non ens entis contrarium ostendimus, esse ipsum dicere audeamus. Nos enim iam diu vale ei diximus qui roget, quod contrarium est alicuius reuera sit necne, & ratione quidam subsistat, aut ratione careat. Quod autem nunc diximus esse non ens, vel reprobare debet, qui minus credit, vel si reprobare non valet, eoque credere, quousque contradicere nequit: quod videlicet genera inuicem sint commixta, eaque & alterum per se inuicem perque alia omnia penetrando, sese mutuo capiant, dum alterum ente participat. Est enim ob participationem huiusmodi, non tamen est illud ipsum quo participat, sed aliud quiddam. Cùm vero aliud sit, quam ipsum ens, necessario sequitur, ut non ens esse dicatur. Ens quoque ex eo quod est ipsius alterius participat, alium quiddam ab aliis generib. est dicendum. Cùmque alterum sit, quam reliqua cuncta, nec vnum aliquid ex illis, neque cuncta alia existit, sed ipsum quod est duntaxat, quapropter ens ab quo bio in plurimis plurima non est. Et alia quoque similitur, et vniuersa, quam singula multifariam quidem sunt, & multifariam non sunt. th. Vera narras. hos. Siquis contrariis hęc conversionibus fidem non praestet, cogitare debet, ut meliora quam hæc inducat: aut siquis quasi arduum quiddam inuenierit, gaudet, nunc huc, nunc illuc sermones trahens, is sciat haud sanè multo studio digna se excogitauit se, quemadmodum sermones hi testantur. Hoc enim neque egregium aliquid, neque inuentu difficile est, sed illud arduum atque præclarum. th. Quidnam: ho. Quod & supra dictum est, ut his velut que fieri possint omittis, ea que dicuntur singulatim redarguendo quis assequi possit, & cum quod aliud est, idem esse quis dixerit: & cum quod idem est, aliud. Nam quod idem est, alterum, aut quod alterum, idem etiam quoquomodo esse, & quod magnum est, parum, & quod simile, dissimile etiam sit, ostendere: & contraria hoc pacto concedere, haud vera redargutio est, sed vix leuiter rem arguens, ruidique & nuper nata. th. Omnino quidem. ho. Nam omne ab omni fecerunt, o adolecens optime, & inconcinnum est, & hominis musca philosophique profus expertis. th. Quomobrem: ho. Omnis penitus oratio deletur, si vnumquodque ab omnibus segregatur. Nam propter mutua specierum copulam oratio constitit. the. Sic est. hos. Aduerte obsecro, quam opportunè nunc aduersus istos pugnetis coegimus eos, ut alterum alteri commiseri permitterent. the. Ad quid maximè: hos. Ad hoc ut oratio vnum aliquid ex eorum que sunt generibus sit: hoc enim si prius remur, philosophia ut plurimum careremus. Oportet præterea in præsentia communi consensu quid oratio sit, definire,

quod si penitus è medio tolleretur, nulla de re loqui possemus. Tolleretur autem si concessum esset nullam esse rerum commixtionem. the. Rectè id quidem. Verum qua de causa nunc oratio definienda sit, non intelligi. hos. At forte hoc modo percipies. the. Quo: hos. Non ens constitit vnum quoddam reliquorum generum existentis, per omnia que sunt, diffusum. the. Constitit. hos. Considerandum ergo deinceps, vtrum opinioni atque orationi immisceatur. the. Cur: hos. Quoniam si nullo modo his immisceatur, vera esse omnia necesse est, sin autem miscetur, falsa opinio, oratioque falsa exoritur. Dicere enim & opinari non entia, hoc ipsum falsum est, orationi & cogitationi contingens. the. Sic est. hos. Cùm vero sit falsitas, deceptio sequitur. the. Statim. hos. Orta deceptio, necesse est simulachris & imaginibus phantasiaque cuncta repleri. the. Nihil repugnat. hos. Sophistam verò dicendam hunc in locum contigisse, dum falsum nullo modo esse diceret, quia non ens nemo cogitaret, vel pronunciat, cum non ens nulla ex parte sit sentiat participes. the. Sic est dictum. ho. Nunc autem hoc entis participes nobis apparuit quapropter haud vitra hæc quidem parte pugnam. Fortè vero diceret, qualdam è speciebus cum non ente participare, qualdam minimè: orationem, & opinionem esse illorum numero esse, quod non participat. & idcirco facultatem illam phantasiaque simulachrorum magistratam, in qua illam locuimus, nusquam esse contendere, postquam opinio orationisque cum non ente nullo modo participat: falsumque nihil esse diceret, cum nulla communio talis reperitur. Quamobrem quid oratio sit, opinioque & phantasia, primò inuelligandum, ut his declaratis, eorum cum non ente communionem conspiciamus: qua inspecta, falsum esse aliquid ostendamus: eoque ostenderimus, in eo Sophistam, si quidem reus est, vinciamus, aut etiam illum absolventes, alio quodam in genere deinde queramus. the. Verum omnino videtur hospes, quod ab initio de Sophista præ diximus, quod videlicet præhensio difficile genus hoc profus sit. Multis enim obicibus circumseptus videtur, neque ad eum peruenire quis poterit, nisi prius oblatulum quod obicit ille, submouerit. Et nunc quidem vix tandem obiectionem illam euasimus, qua non ens nullo modo esse intulerat: Continuo siquidem aliud obiecit. Vnde oportet, & orationem, & opinionem falsas esse posse ostendere, ac forsitan post hoc aliud, aliudque post illud, nullisque terminus inuenietur. ho. Forti animo persequere. the. Debet, si quisque progredi, vel parum vitiosus potest. Quomodo enim qui in istis hæset, in aliis audeat inquam: Nam qui in illis aut nihil efficit, aut retrò repellitur, nunquam, ut proverbio fertur, expugnabit urbem. Nunc vero postquam quod dicebas transactum nobis est, & ingens propugnaculum captum, reliqua posthac minora, leuioraque super sunt. the. Præclare loqueris. hos. Orationem itaque primò, sicuti dictum est, opinionem tunc capiamus, ut clarius ostendamus, vtrum non ens hæc attingat, an vero omnino sint ambo, falsumque neutrum. the. Optimè. hos. Age quemadmodum circa species, & literas diximus, similitur circa nomina rursus excogitemus. Videtur enim quod nunc queritur ita sese habere. the. Quid potissimum de nominibus vis intelligi: hos. Vtrum omnia inuicem congruant, aut nullum, aut quædam

A non esse falsitas, falsitate deceptio, &c.

Via phantasia simulachrorum magistratam.

Proverbum

Quæ voces sint congruentisque non.

Verbum.

Nomen.

Prima oratio est breuissima, homo dicitur.

consonent, alia dissonent. the. Patet quod quædam congruant, quædam minimè. ho. Fortè tale quiddam ais, quod quæ consequenter dicta aliquid expriment, inuicem congruant: quæ verò continuata nihil significent, non conueniant. the. Quomodo: quid dixisti: ho. Quod intelligere te, & lateri putari. Duo namque sunt genera declarationum earum, quæ circa essentiam voce sunt. the. Quo pacto: ho. Vnum quidem nomen, verborum alterum. the. Dic vtrumque. ho. Declarationem quæ actiones significantur, verbum dicimus. the. Sanè. ho. Signum autem vocis agentibus ipsis impositum, nomen. the. Profus. ho. Ex solis nominibus ordine prolatis oratio nunquam efficitur, neque rursus ex verbis absque nominibus pronuntiatis. the. Hæc non didici. ho. Constat utique quod alio intendens animus paulò antè assentire, nam hoc ipsum est, quod dicere volebam, quod ista sit soluta continuata pronunciat, orationem non facit. the. Quomodo: ho. Ut vadit, currit, dormit, & alia verba quæcumque actiones significant, quæ si quis subiungat omnia, nihil magis orationem facit. the. Sic est. ho. Rursusque cum dicitur, leo, ceruus, equus, ceterisque nomina, quæ ipsos agentes significant, nomen non existens ostendunt, quæ vlla conficiunt. Nam que profertur, haud ante actionem, vel actionis impedimentum, aut essentiam, siue existentis rei, seu non existentis ostendunt, quam verba nominibus miscantur. Tunc verò primum conueniunt, statimque sit oratio, & prima horum complexio, prima oratio est, etiam si sit breuissima. the. Qui isthuc inquit: ho. Quando quis dicit, homo dicit, orationem hanc esse ais primam atque breuissimam: the. Equidem. ho. Tunc sanè declarat aliquid de his, quæ sunt vel sunt, aut fuerint aut erunt. Neque nominat tantum, sed & definit aliquid, verba nominibus copulans. Ideoque non modo nominare, verum etiam loqui ipsum dicimus, talique contextui nominum orationis nomen didimus. the. Rectè. ho. Enimvero quemadmodum res alique consonant inuicem, ut supra diximus, alique consonant, ita & signa vocum, quædam nequaquam consonant, quædam congruentia orationem conficiunt. the. Profus. ho. Accipe & hoc breue. the. Quale illud: ho. Orationem necesse est quoties sit, alicuius esse orationem: nullus enim esse orationem impossibile est. the. Ita videtur. ho. Nomen & qualem quandam esse ipsam oportet. the. Oportet sanè. ho. Animaduertamus obsecro diligenter. the. Decet. ho. Afferam orationem tibi, rem cum actione per nomen verbumque coniungens: cuius aut oratio sit tu dicis. the. Efficiam, ut potero, ho. Theætetus sedet, num oratio ista prolaxa: the. Non, sed medicus. hos. Tuum est nunc dicere, de quo & cuius oratio est. the. De me videlicet, atque mea. hos. Hæc etiam: the. Quenam: hos. Theætetus hic quicum ego nunc discuto, volat. the. Nemo de hac quoque aliter diceret, nisi quod de me meique est. ho. Diximus qualem quandam esse orationem quamlibet oportere. the. Diximus. ho. Ha rum autem qualem vtramque esse dicemus. the. Vnam veram, alteram falsam. ho. Vera oratio ea que sunt, ut sunt, de te prædicat. the. Certè. ho. Falsa autem, aliã quam que sunt. the. Profecò. hos. Que non sunt ergo, quasi sint asserit. the. Sic sermè. hos. Quæ vero alia sunt ab his que sunt, de te dicit. Multa si quidem entia circa vnumquodque esse prædiximus,

multa quoque non entia. th. Omnino. ho. Primum quidem necesse est orationem illam, quam secundo loco de te protuli, scilicet idem orationis definitionem, vnam quandam ex breuissimis esse. the. Sic enim inter nos conuenit. ho. Deinde exprime, num alicuius sit. the. Alicuius. hos. Situa non est, alterius multo minus. the. Patet. hos. Si nullus est, neque oratio profus est. Nam ostensum est, fieri nõ posse, ut quæ oratio est, nullus oratio sit. the. Scitè. hos. Ergo quoties de te altera ita prædicatur, ac si eadem essent, & que non sunt, perinde ac si sint, huiusmodi quædam ex verbis ac nominibus compositio proculdubio sit oratio falsa. the. Verà admodum loqueris. hos. Quid autem de cogitatione, opinione, & phantasia dicemus: nonne iam constat quod hæc omnia genera, tum vera, tum falsa in animis nostris efficiuntur: the. Quæ ratione: hos. Sic intelliges facile, si prius quid vnumquodque istorum sit, quod inret te singulis differant, acciperis. the. Exhibe modò. hos. Nonne cogitatio & oratio idem, nisi quod cogitatio dicitur illa ipsa sine strepitu vocis interior colloquio, qua sese animus noster allocutur: the. Penitus. hos. Sed per eos effluxus prolationis ab illa, oratio nuncupatur. the. Verum. hos. Quin etiam in oratione hoc animaduertimus. the. Quid: hos. Affirmationem inquam, & negationem. the. Nempe. hos. Quando igitur hoc in anima per cogitationem silentio sit, potè hæc alio, quam opinionis nomine nuncupari. the. Nequaquam. hos. Quid verò: cum non per ipsam, sed per sensum rursus talis passio accidit, potè hæc alter, quam phantasia cognominari: the. Non aliter. hos. Postquam oratio partim vera, partim falsa esse apparuit, cogitatio vero interior ipsius animæ colloquio, opinio vero cogitationis conclusio, imaginatio autem opinionis sensusque commixtio, necessearium esse videtur ipsorum aliqua etiam aliquando falsa esse, quippe cum sint orationi cognata. the. Nihil repugnat. ho. Aduertine nos facillius, quam putabamus, orationem & cogitationem falsas interdum esse inuenisse: Metuebamus sanè ne opus irritum & inexplicabile ista quærentes aggredemur. the. Aduerte. hos. Ergo ne in reliquis animi deiciamus: verum postquam patefacta sunt ista, superiores illas secundum species diuisiones in memoriam reuocemus. the. Quales: ho. Imaginariam artem in duas diuisimus, assemblaticam scilicet & phantasticam. the. Sic egimus. hos. Vtra vero in arte sophistam collocaremus, ambigebamus. the. Profecò. ho. Post hæc ambiguitatem repetènt profundior emersit caligo, cum sermo ille cunctis dubius inferretur, quod neque imago, neque simulachrum, neque phantasma omnino est, quia nullo modo, nusquam, nunquam falsum extet. the. Vera narras. hos. Nunc autem postquam apparuit quidem oratio, apparuit & opinio falsa, possibile est simulachra quædam rerum verarum a mala esse, & ab hæc dispositione artem decepti manare. the. Possibile certè. hos. Quin etiam quod in his Sophista versatur, est ne à nobis in superioribus concessum: the. Est. hos. Aditatur iterum bifariam genus propositum partientes semper ad dexteram progressi diuisi partem, & que cum Sophista quoquo modo communicant, circumspecte, ut communibus omnibus amputatis propriam eius sedem atque effigiem & nos intueamur, & his qui ad huiusmodi disciplinæ progressum natura

Copiatio quatenus sit oratio.

Oratio.

Opinio.

Phantasia.

accidunt, quam proxime ostendamus. **THE. Prob.** h. o. s. Nonne ab initio artem efficiendi vnam, acquirendi alteram partientes induximus? **THE. Cert.** h. o. s. Diuisa postmodum acquirendi arte sub ea Sophistam imaginari somus in veneratione, certamine, mercuria, & huiuscemodi speciebus. **THE. Sic** prioris est actum. **THE. Nunc** vero postquam imitantur diuinae ars Sophistam complexa est, constat in primis artem hanc efficiendi esse bifariam diuidendam. Imitatio quippe, effectio quaedam est simulachroreum scilicet, non vteram rem, quemadmodum supra diximus. Nonne? **THE. Proculdubio.** h. o. Effectricis igitur facultatis dux primam sint partes. **THE. Quae?** h. o. Diuina & humana. **THE. Nondum** intelligo. **THE. Si** modo quae initio dicta sunt, recordamur, effectricem facultatem dicimus vim quandam quae causa est vt sint postea, quae ante non fuerant. **THE. Recordamur.** **THE. Animalia** cuncta mortalia, plantaeque, quae quocumque terra ex seminibus radicibus nascuntur, & quaecumque inanimata in terra consistunt, sine liquesceri possunt, sine non possunt, nunquam alio quodam officio fabricata, quam Deo, facta esse, cum prius non fuissent, dicimus? an multorum doctrinam feroneque sedabimus? **THE. Quorum?** **THE. Dicentium** ista natura ipsa gigni a causa quadam sortita, sine mente haec agente: vel cum ratione potius scientiae diuina, quae ab ipso Deo sit orta. **THE. Ego** forte propter etate plerumque, tum haec, tum illud opor. In praesentia vero ad te respiciens, putansque existimare te, per Deum haec omnia gigni, idem ipse quoque existimo. **THE. Recte** admodum Theatete. Ac si te putarem in potestatem aliter opinatum, nunc ratione simul cum necessaria quadam persuasione, vt nobis crederes effectricem. Quoniam vero eius ingenij esse te noui, vt etiam sine nostra demonstratione videri ad illa sis profecturus, ad quae nunc trahi te dicis, dimittam. Nam superuacua disputatio talis est. Ponam vero ista, quae natura gigni dicuntur, arte diuina fierique autem ex his ab hominibus componuntur, humanae atque haec ratione duo effectricis facultatis genera, humanum videlicet, & diuinum. **THE. Praelare.** **THE. Cum** vero dux sint artes, vtranque bifariam diuide. **THE. Qui?** **THE. Quemadmodum** ars effectrix vniuersa per latitudinem est diuisa, ita nunc per longitudinem diuidatur, atque ita quatuor illius partes efficiuntur, dux quo ad nos humana, dux iterum quo ad deos diuina. **THE. Profecto.** **THE. Ex** his quidem rursus aliter nunc diuisis, vtriusque partitionis pars vna est effectrix, reliquae autem imaginariae nominantur, vnde rursus efficiendi facultas in duo diuiditur. **THE. Dicis** iterum quemadmodum vtranque. **THE. Nos** vtrique & animalia cetera, eaque ex quibus illa gignuntur, ignis & aqua, horumque germana, a Deo omnia procreata scimus singula illa effectra atque opera, an non? **THE. Nempe.** **THE. Post** haec horum simulachra sequuntur, diuina quadam industria producta. **THE. Quali?** **THE. Phantasmata** enim quae dormientibus occurrunt, quae in die per se abique arte videntur: vmbra quidem cum tenebris igni miscetur: duplex autem, quando lumen proprium & extraneum circa perspicua seuisque in vnum concurrent, sensumque contrarium solitae visionis praebens, speciem efficit. **THE. Duo** ergo sunt ista diuinae effectricionis opera, res videlicet singularis, singularique res sequentia simulachra. **THE. Ars** autem humana, nonne

per architecturam domum fabricat, per picturam vero domus imaginem, veluti quoddam humanum informium vigilans factum? **THE. Nulli** dubium. **THE. In** aliis quoque similiter per duo partem duo, gemina opera effectricis nostrae adionis iuuenimus. Ipsam quippe rem principali facultate, imaginem vero aemulatricem illa facientes, the. Nunc melius in te intelligo, ac duas bifariam pono effectricis species facultatis. Primo siquidem in diuinam partem, & humanam secundam alteram diuisionem: secundum vero alteram in rem ipsam, & in imaginem effectricem. **THE. Reminiscamur** obsecro duo dixisse nos imaginariae facultatis genera esse oportere, assimilationem scilicet & phantasticum, in modo aliquo reuera falsum, & falsum vnum aliquid eorum quae sunt, sit futurum. **THE. Dicitum** certe. **THE. Nonne** constituitur deoque nunc ipsi duas sine controuersa species admodum erabimus? **THE. Sane.** **THE. Phantasticum** itaque rursus in duo secatandum. **THE. Quomodo?** **THE. Vnum** per instrumenta factum, alterum illius, qui sese instrumentum phantasia efficiens exhibet. **THE. Qui** illius est? **THE. Quoties** aliquis figuram tuam vlturans, corpori suo aut vocem voci consimilem videri facit, imitatio ista phantastica nuncupatur. **THE. Vtrique.** **THE. Imitatorum** hoc appellantes ita distubiuamus, & reliquum omne quasi iam quietis quibus praetermittamus, concedamusque alteri, vt in vnum colligat, & conueniens ipsi tribuat cognomen. **THE. Distribuat** vt vis, & hoc dimittamur. **THE. Hoc** praeterea duplum, o Theatete, existimandum. **THE. Quam** vero ob causam, animaduerte te. **THE. Dic** hoc. **THE. Forum** qui imitantur, aliqui cognoscentes eorum imitantur, hoc agunt, alij autem ignorantes. **THE. Maiorem** aliquam discrepantiam diuisionemque, quam ignorantiae cognitionisque ponemus? **THE. Nullam** hoc. **THE. Nonne** ea quae modo dicebamus, cognoscentium imitatio erat: figuram quippe tuam imitatur ille, qui te cognoscit. **THE. Ille** ipse. **THE. Quid** autem de iustitia virtutisque vniuersae figura dicendum? **THE. an** non multi dum ignorant, nosse autem hanc operantur, quod illis videtur id ipsum imitantes, tam verbis, quam operibus anouuntur, vt inesse ipsis appareat? **THE. Atque** admodum multi. **THE. Nunquid** ita illos spes fallit, vt sic uti non sunt, ita nec etiam videntur? **THE. Contra?** **THE. Imitatore** hunc diuersum ab illo superiori dicemus, ignorantem de cognoscite? **THE. Dicemus** plane. **THE. Vnde** igitur nomen vtriusque proprium deducatur? **THE. videlicet** difficile est: in quia causa quadam vetus diuisionis generum in species, superioribus nostris ignota fuerit, adeo vt nemo partiri contendit, ideoque nomen inopes esse necesse est? **THE. Et** si dictu audacius videri potest, declarationis tamen discretionisque gratia, imitatio illam opinionis comitem opinabilem imitationem: istam vero quae scientiae, historiam quandam scientiamque imitationem vocemus. **THE. Esto.** **THE. Harum** quidem appellationum altera duntaxat vtendum. **THE. Nam** philosophiam, etsi in genere imitantium, non tamen in genere scientium posuimus. **THE. Sic** est. **THE. Hunc** itaque opiniosum imitatore tamquam ferrum examinemus, sitne solidus, simplexque, an contra geminum, duplexque in se quiddam habens? **THE. Examinemus.** **THE. Certè** admodum implexum. **Nam** philosophia alius fatuus & ineptus est, quae opinatur

per architecturam domum fabricat, per picturam vero domus imaginem, veluti quoddam humanum informium vigilans factum? **THE. Nulli** dubium.

Vnde dicitur Sophista.

Vltima f. postea detulit.

natur scire se putans. **Alterius** vero forma, propter variam in sermonibus reuolutionem, certe suspicio-nem plurimum metumque habet, ne forte ignoret, illa, quae coram aliis scire se simulat. **THE. Omnino** ex veritate generis est, vt narrasti. **THE. Nonne** igitur vnum quidem simplicem, alterum ironicum imitatorem ponemus? **THE. Conseruatum** est. **THE. Huius** iterum genus vnum an duo dicimus? **THE. Tu** videris. **THE. Cogito** equidem, ac duo cogitanti mihi se offerunt. **Vnum** quidem publice prolata oratione apud populum ironia vrens: alter priuam inuicem quibusdam captiuiculis cogens eum, qui cum ipso disputat, sibi metum in sermonibus contradiere. **THE. Rectè** admodum loqueris. **THE. Quomodo** superiorem illum denominabimus? **THE. Cuius** nomen, an popularem? **THE. Popularem.** **THE. Alterum** vero Sophon, id est vocatorem, an Sophisticum? **THE. Sapientem** quidem vocare ipsum non licet, quando quidem ignorantem ipsum posuimus. **Quoniam** vero sapientem imitatur, cognomen quoddam illius simile sortietur. **Ac** deum intelligo, hunc ipsum profusum, & reuera Sophistam appellari decere. **THE. An** non vt supra, ita nunc nomen eius colligabimus sine iterum ad principium omnia complexi? **THE. Omnino.** **THE. Is** demum Sophistam vero definit, qui generationem eius, & firmitatem esse istam asseruerit. **Sophista** inquam est, qui in sermone disputantem cogit contradicere sibi ipsi, qui & ironici pars est, ab imitatore opinioso veniens, phantasticum item generis, ab imaginaria facultate profectus, non diuina, sed humane effectricionis determinata progenies, est eorumque numero qui verbis, quasi quibusdam praestigijs, mirum in modum decipiunt auditores. **THE. Ita** profus dicendum.

MARSILII FICINI APOLOGVS IN LIBRVM PLATONIS, DE REGNO, & ab Federicum Vrbinum ducem semper inuicium.

Igitur optimis maximis, cum aperire tale in terra quod regnum profectere quale in celo semper apud se consistit, tam diu per ipsum diuini regis idem, regnum quendam diuinum, animam demum in terras. **Conuocatis** quibusque, calcibus imperantis, vt omnes futuro huic regi suffragarentur, quem superi quidem, & a fide regia Federicum, & ab orbis imperio Orbibanentem Ducem iam nominarent, homines vero mutatis literis Federicum Vrbanentem Ducem esse appellatur. **Affuerunt** omnia lous praeter Inuocem nuntia. **Sola** enim Luno cras foris actis, ambrosia regina calcite terras regnum hactenus inuadit. **Vtrum** Pallas Mercuriusque, saeuentibus aliis, & rege Veritate, coronam sequebantur, regnum iam prudem vno eidem, cui & Iupiter libentissime contulerunt. **Cum** vero academia passim Palladam, Mercuriumque, colat atque seclerem ipsa quoque regnum orbis, totius monarchiam, qualem diuinitus Platon describit, Federico Vrbinati ducem ex lous sententia, tum ex testimonio Veritatis optimè merito felicissime tribuit.

PLATONIS CIVILIS, VEL DE REGNO.

MARSILII FICINI ARGVMENTVM.

Vm Deus atque natura hominem agere producat, cum certe producat, vt agat, regat inquam gratia diuinorum, quaedamque vero alius finis est cuius gratia natura efficit pollicem, alius cuius gratia manus suae pedes aliosque, vnum ad quem totum efficit hominem: sic alius finis est ad quem hominem dirigat singulariter, alius quoque ad quem similia, vtrumque alius ad quem existantem atque regnum. **Ac** denique finis ille existimandus est optimus, cuius gratia Deus totum genus humanum procreant. **Nemo** ipse existimet, cum proprii cuiusque, cuius certus sit finis, nullum esse totius: cumque humana vita partibus suis ordo, in vniuersa tamen vita genere esse consuetudinem: denique cum partes ab suis vniuersa intentionem inter se habeant vniuersum totum ipsum esse diffusum. **Quoniam**

abtem necesse est certum esse hominis generis finem, cuiusque in alio quodam circa perfectiorem consistere per quem & supra rursus pro vniuersa, & diligenter inferentia gubernetur: scilicet quidem naturalia perfectetur, prudentia vero diuina humana pietate extem diuina colat atque veneretur. **Enim** quod deo fieri vitam autem geminam, & in alio & in contemplatione similitudine collationem pro totum patitur, vt illa contemplationis tantquam diuinitus gratia sit infusa. **Ceterum** ablatia vniuersa vita perfectiorem, & in vniuersa ad admittendum, vt neque a partibus quibusdam, neque a multis hominibus, sed ab vniuersis simul hominibus, vt vere duntaxat possit expleti. **Fieri** vero non potest, vt tam diuersa generis per media iam diuersa ad vnum vniuersum communemque finem producantur, nisi ab vno per vnum quoddam legem cuiuslibet in vnum patitur condicunt. **Quem** admodum vterque sibi minister, huius generis similitudine ingenio diligenter se discipulos, minister alium vniuersum variis ad formam vnam edijque conferent, in vnum vniuersum committit congrebunt & conuocant oportet, nisi ab vno quodam architecti vniuersa lege regantur. **Quapropter** inuentionis Platonem regem quater quatuor monarchiam, principis architectum produxit in medium, scientiamque in vna tandem distinguunt genera. **Quorum** primam in contemplatione, secundam in agendo, tertiam in faciendo, vltimam. **In** prima architecturam geometriamque in secundo architectum in vniuersa fabricam ministrumque, collocat, proinde architecti facultatem inter speculationem solum solumque ministrum ministrum esse ponendum, magis tamen speculationis quam ministrum esse partem, magis indicere solum, generatorem more, vniuersum suam facilius imperare, quaeque semper adesse. **Qualem** sermo vniuersi regem esse debet, qui videlicet & contemplationem more vera diuinitis, & in vniuersa alioque, sed sua mandet agenda. **Proinde** Platonem ex altissima sua diuisione, sua definitione scientiae admodum necessariae, & Regem Homerico more nominat generis humani vniuersum atque caratorem. **Quem** totius humani generis vniuersum quibusque vniuersum esse patrem debere designat, ubi Deum inquit quodam humani generis fuisse patrem, sub quo & regnum illud Saturni autem existisse. **Conuocantem** quoque regem humane vitae quae nati iudicat appellandum. **Significat** autem in vniuersum esse imperium vniuersum conferendum, vt humana gubernatio diuina quam similitudine, siquidem & Deus vniuersum totius est rector. **Quod** quidem huius quoque vniuersum ministrum confirmat. **Principio** si res mundi partes, Asia, Africa, Europa, regibus distributa tribus subditis, scilicet admodum constantibus, vt vniuersa diuisa, vniuersa vniuersa in vniuersa bellum aut saltem de faciliis aut alio quantum de re discipulare cogantur. **Itaque** vel vniuersa ad vniuersum totum illud iudicium deferendum, vel ad quatuor quendam praeter tres iudicem constitutum. **Quatuor** quoque tandem id ratione fiat, necesse erit iudicem si modo sententia sit illius acquirendum imperium in eis vniuersum vniuersum, habere alioque nullius momenti erit iudicium, fructusque iudicabit, quod videri possit regibus, vel magis, vel saltem agere potentibus assilendum. **Vnum** igitur oportet esse regem omnium iudicem omnibus praesidibus venerandum. **Praeterea** virtutum exemplar subiecti oportet esse regem. **Maxime** vero talis erit si vniuersum fuerit ante omnes in quem oculis cunctis conuertat. **Qui** si orbem totum possiderit, nec regnum cunctis affertabit, nec alius inuadit. **Qua** dicit scilicet cupiditas & inuidia, sicut rapinae & bella pessimum procreat. **Et** cum sua cuique ob vniuersa sunt, maxime diligit omnes tanquam suos, patrique omnes diligit nationes, patrique curabit. **Operabit** omnium sanem opere, cupiet tranquillitatem, bonorumque omnium capiam, quali vtrique monarchia vmbra quaedam apparuit imperante Othmano. **In** vniuersa vero & in vniuersa vniuersa, & in vniuersa nullus vniuersum patet sine adiuu sub monarchia, & quomodo in minima peccata licentia iam in summa libertate vniuersa, non vniuersa, paucitas potest, vel insensatus populi subiecti furoris, sed a sapiente & iusto pioque, regis sic ad commune bonum perducit, tanquam nauta a prudentia iusti imperatoris ad portum. **Qua** quidem in re & qui reguntur obtemperando regi sibi ipsi consulent, & rex ipse non tam sibi met quam cunctis qui sua cura a Deo commissi sunt, vniuersa. **Relata** gubernatio quemadmodum in libro De Regibus dicitur, gubernatorem quidem eorum, qui gubernatur gratia, non gubernatus gratia gubernatori in vniuersa. **Ceterum** praeterea, & medicus, mones